NOBILITAS
POLITICA vel *CIVILIS.*

PERSONAS ſcilicet DISTINGVENDI, ET AB origine inter Gentes, ex Principum gratia nobilitandi Forma.

PRÆTER OMNIUM ANTEHAC, DE ſola Theologica, *aut* Philoſophica *tantùm Nobilitate diſceptantium* (Ciuiles *interim prætereuntiũ*) *Concluſiones.*

Quò tandem & apud ANGLOS, qui ſint Nobilium *Gradus*, & quæ ad Nobilitatis Faſtigia euehendi *Ratio*, oſtenditur.

MAGNVS LIBERTATIS THESAVRVS
NOBILITAS.

LONDINI,
Typis Gulielmi Jaggard: in via Barbicanea.
1608.



Illustrissimis et Nobilitate celeberrimis D. D. ROBERTO CECILIO *Comiti Salisburiæ, Vicecomiti Cranbourn, Baroni Cecilio de Essenden, Magnoque Angliæ Thesaurario:* HENRICO HOWARDO, *Comiti Northamptoniæ, Baroni Howard de Marnhill, Priuati Sigilli Custodi & Quinq; Regni Portuum Guardiano.* IACOBO *Britanniæ Magnæ Franciæ & Hiberniæ* MONARCHÆ, *ab intimis Consilijs, & Equestris Ordinis a* PERISCELIDE *nobilissimi, Commilitibus dignissimis.*
D. D. mihi apprimè colendis.

Deo iucunda res esse solet vitæ peractæ memoria inter Bonos, & consuetudinis præteritæ reminiscentia; vt, vel Amicorum obliuisci vel benemerita negligere, viuis æquè ac mortuis sit multis nominibus iniurioſum. Quorsum enimvero beneuolentiæ, mutuaq̃; Hominum officia? Quorsum vbiuis Res pręclare gestæ, si post obitum perpetuo silentio absorbiantur? Quorsum etiam tandẽ aliquando, vestræ (HERÔES ILLVSTRISSIMI) in Repub. nostra promouenda eximiæ virtutes, si post mortem consopitæ iacerent? Quapropter, postquam mecum crebrò cogitassem, multumq̃; diuque hæsitassem, quo pacto Amici-Auunculi (ROBERTI scilicet GLOVERI aliâs SVMMERSET dicti, Fecialis olim celeberrimi) tot priuatis et publicis studijs de Patria benemeriti, *Nomen*, ab obliuionis iniuria vindicarem: sæpius interpellatus, *Opus* hoc NOBILITATI *sacrum*, quasi post liminio tandem promulgari & Typis procudi passus sum; Quo velut *Herculis* pede tantùm, Corporis integri

proceritatem demonſtrante, Ingenij ſui Ideã quandam, Sæculo futuro delinearem.

Nam inter tot tantoſqùe candidi illius animi dotes, quos vnà mecum *Viri Nobiles & Ingenui* omnes, (qui aut familiaritatem vllam cum eo contraxerint, aut induſtriam ſtupendam vnquam nouerint) adhuc ſeriò lugent; in Antiquitatum huius *Imperij* penetrabilis perſcrutandis, præcipuè *Regum*, *Principum* atque *Procerum* Stemmatibus, Connubijs, Rebuſque Geſtis (muneris ſui præ cęteris peculiare) ab inuſtis erroribus Imperitorum detergendis, admirabile viſu quantũ tædij devorauit. Cuius quùm iam ſpecimen aliquod haud vulgare prolaturus eſſet; Mundo vix ſalutato, Mundum reliquit. Opus, ſane, meis viribus exinde relictum, longè impar, niſi me illius cùm genuinus Amor, (Enthouſiaſmi inſtar) tùm Patriæ ſtudium, ad abſoluendum compuliſſent. Non enim ſum neſcius quanto cum periculo Bonum quoduis enitentes, Sæculo hoc moroſo, Opera vel ſua vel aliena exponant.

Neque me propterea audaciæ inſimulet quiſpiam, nedum philautiæ, quod eorum convitia ſuſquè-dequè ferens, qui nihil Ipſi agentes, aliorum conamina petulantèr conuellere & dentibus rodere gaudent, confidentiùs in iſto conſudauerim; (ſæuiũt autem Canum latratus in auras) tantum enimvero abeſt iniuriam factam arbitrari, ſi quis politiori manu, vel Incæptis hiſce ſategerit (Annus iam xvi elapſus eſt, ex quo arua hæc arida a nobis in meſſem exarata requieſcunt, & quæ nunc fœliciter tam oportunè deſunt, alijs reſulcanda, de induſtria reliquimus) aut lapſa noſtra amicè & candidè caſtigauerit; vt gratiam multam habituri ſimus. Nam vtcunqùe qui magna moliuntur voluntas laudã-

da

da sit, (In Magnis enim voluisse sat esto) fœlicitas eorum planè admirabilis, qui Scriptis ita præstant vt nihil Momo relinquant detrahendum. Quàm interea vellem! quod & omnibus (si votis venia detur) vel melioris notæ hodiernis, vel antiquæ Nobilitatis conscientiam spirantibus peroptandum; vt, IPSE per vitam, propria manu, & huic & alijs, quos vrsinos tanquam fætus & industriæ stupendæ vestigia reliquit, colophonem imposuisset. Sed,

Abstulit Clarum cita Mors Achillem,
Longam qui factis meruit senectam;
Et Mihi inuito Sibi quod negarit;
porrigit hora.

Multorum (inquam) ad hortationibus itaq̃; incitatus, & Amicorũ auxilio frætus; *Opus*, tanto studio fælicitèr inchoatum, Amici cum dispendio & Reipub: iactura, diutiùs negligere nec volui nec debui; nisi vtrique & iniuriæ & incurię reus perpetuò viuerem. Et quo magis *Os ipsis* quibuscunquè tandem obturem, qui (natura maleuoli) quasi morbo calumnari assueuerint; LIBRVM hunc vobis (HERÔES ILLVSTRISSIMI) vestrorumque Nominibus PROCERIBVS vniuersis Angliæ sic ausim consecrare. Quò sane & mihi ipsi plurimũ satisfecero, si velut eidem Auunculo meo superstiti, nihil vnquam fuit antiquiùs, quàm vt studia sua omnia, pro indulgentia *Paterna* & beneficentia *Fraterna* qua CECILIANO & HOWARDORVM Nomini deuinctus vixit, approbaret: ita meum hunc

qua-

Epistola.

qualemcunqùe conatum iam vobis dicatum non improbaveritis; Qui inter Doctos *Nobilissimi*, inter Nobiles *Doctissimi* & inter vtrosque *Optimi*, tam facundia ipsa, quam longo rerum vsu, & Authoritate summa, Domi forisque (nostri Sæculi) nunc & vbiuis meritò habeamini.

V. V. A. Ampli. addictissimus

Tho: Milles.

NOBILITAS

QVAM plerique ingenio clariores, magno incorruptæ veritatis argumento, & eleganti dicendi apparatu, e varijs fontibus deriuare sunt conati, est tripartita. Diuiditur autem in *Cæleſtem*, quæ Religione constat, In *Philoſophicam* quæ virtutibus conflatur moralibus, et *Politicam*, de qua præsens Sermo instituitur. E duobus prioribus, nemo prodeat *Nobilis* nisi idem sit vir bonus. Cæterum è Tertio hoc, homo, quantùmuis deueniat improbus, reliquis tamen maxima præluceat *Nobilitate*: vt *Caligula*, *Nero*, &c.

Nobilitas { *Cæleſtis I. theol.* / *Philoſophica.* / *Politica.*

Tractatus hic de Politica Nobilitate tantùm instituitur.

Materia *Nobilitatis* olim duplex habebatur; *Theologica* scilicet & *Moralis*; est enim res honorifica Nobilitas, et per se laudabilis. At sine virtute secundum *Ciceronem* nihil existit laudabile. Cuius rei præclarum tulit exemplum *Honoris* Templi sedes apud *Romanos*. Ad quod nullus patuit aditus nisi per Templum *Virtutis*. Sed inuerso rerum ordine, ea quæ bonis tantum propria fuit, cesſit loco, et quæ prauis perinde ac probis communis est, ad clauum accesſit. Ipsumque verbum (*Nobilis*) quod quidam dictum volunt quasi *Noscibilis*

Templum Honoris *apud Romanos.*

Nobilitas politica, prauis æquè ac probis communis.

cibilis, aut propter virtutẽ aliquam notabilis, cæpit promiſcuè in vtramque partem ſumi, vt *Nobile Scortum*, *Nobile ſcelus*. Nec in queſtione de Nobilitate politicâ eſt amplius ad Theologos aut Philoſophos recurrendum; nedum ad conſtitutiones antiquas *Romanas* per Magiſtratus (vt plurimũ;) Munia, et Officia, cuncta diſcernentes, ſed ad Principum et Mundi Monarcharũ ingenia, Qui Orbis regendi cum ipſo Deo poteſtatem quaſi communẽ habentes, Nobilitatem pro more per εὐδοξίαν moderantur, eamque hæreditariam effecerunt. Hinc adeò eſt, vt peregrinus *Romæ* aut alicubi Nobilis effectus; domi, inuito Principe in albo Nobilium non aſcribatur; et ècontrà Quare qui Nobilitatem politicã ad aliam amuſeim exigunt, quam ad cuiuſq; Gentis cõſuetudinem; toto errant cælo. In tanta tamen vbiuis Gentium morũ diuerſitate, eadem omnibus quadrat Ciuilis Nobilitatis Definitio. Nempe. *Quod ſit Qualitas ſiue Dignitas qua quis legitime a plebeia conditione eximitur, & per gradus erigitur*. Cuius duæ ſunt ſpecies, *Natiua* ſcilicet et *Datiua*: *Violentã* planè reijcio qualis fuit illa *Nemrodi*.

In queſtione de Nobilitate politica non eſt ad Theologos aut Philoſophos recurrendũ.

Barthol. *Conſuetudo in vnaquaq; Regione eſt omnium Dignitatũ origo, forma & Principium.*

Chaſſ. Venetijs *omnes qui ſunt de Officijs publicis, ſeu de Conſilio, nobiles ſunt. Sed aliâs non item.*

Nobilitas Politica innititur Conſuetudinibus Gentium.

Definitio Nobilitatis politicæ.

Species duæ

Datiua *Natiua.*

Hæc vt magis perſpicua reddantur, Originem huius dignitatis modoſque eam acquirendi à primis quaſi incunabulis per præſtantiores quaſdam Reſpublicas vſq; ad noſtra tempora deducemus, materiam et exempla ab Authoribus maximè claſsicis, ſententijs propè nihil, nedùm verbis multùm mutatis, depromentes, vt Lector candidus haud quicquã iure nobis vitio vertere poſsit.

De primi Ævi Nobilitate.

CONTRA vulgi opinionem audeam affirmare *Nobilitatẽ Dativam* priorem, excellentioremque fuisse *Nativa*, exemplo ab ipso *Adamo* sumpto, quẽ factũ non natum omnes agnoscunt; Et sanè nobilem, si quis alius, nempe ab ipso Deo ad imaginem suam efformatum, omni dono optimo imbutum, omnium creaturarum, atque adeò totius Orbis, Dominum, Imperatoremque constitutũ. Cælestem tamen Nobilitatem, citò (heu nimium citò) coniugem audiendo, amisit: mundana illa, quam retinuit, ad liberos propagata, in illis primum cæpit esse *Nativa*. Si quis igitur stirpem spectat, omnes pariter illius ætatis homines Nobiles fatebitur. Sed quemadmodum in humano corpore totius conseruandi causa, diuersæ membrorũ functiones requiruntur: ita in illa prima hominum societate, (vt in alijs omnibus) necessaria fuit personarum distinctio. Prima igitur respub. quæ fuit *Adami* et Liberorum suorum familiæ, ex Nobilibus constabat; nempe liberis vnius Patris, eiusdemque Regis, Prophetæ, et Sacerdotis, non tamẽ pari honore colendis. Primas enim quasi Naturæ decreto, primus ille Paterfamiliâs primogenito suo tribuit, quam diu primogenituræ ius retinuit; quem deinceps ordinẽ familiæ secutæ mordicùs obseruabant, vt qui prior esset naturâ, prior etiam dignitate censeretur. Liberum tamen omnino Patrisfamiliâs fuit delectum suorum facere, vt pro singulorum meritis honores irrogaret aut derogaret.

Nobilitas in Adamo primò Dativa, in ipso Nativa esse cæpit.

Distinctio Personarũ in prima hominum societate.

Ius primogenituræ obseruatum.

Familiarum Diuiſio.

Ex numeroſa Adami ſobole & fratrum diſcordia, orta tandẽ eſt familiarũ diuiſio, & per conſequens cognationum incertitudo & obliuio, inimicitiæque capitales. Ex bello conditionum mutatio et ſeruitutes inducuntur. Victi, ex nobilibus fiunt ignobiles; contra verò victores ex ignobilibus fiunt & euadunt Nobiles. Sui conſeruandi cauſa conueniunt homines ex Familijs in pagos, ex pagis in Ciuitates, ex Ciuitatibus coaluere in Prouincias atque ampliſsima Regna. In periculis & rerum diſcrimine, ex rationis præſcripto inuocantur conſilia prudentum, implorantur auxilia & tutelæ virorum fortiorum, quibus vt dignioribus traditur imperandi munus: reliquis ſine diſcrimine abſq; vlla generis ratione parendi neceſsitas imponitur.

Familiæ in Pagos. Pagi in Ciuitates. Ciuitates in Prouincias. Prouinciæ in Regna coaluêre.

Hæc ita ſe habuiſſe in Judaica politia, notum eſt omnibus vel mediocritèr in veteri Teſtamento verſatis. Primùm, quòd Principatus primogenituræ attribuebatur facilè intelliges, ſi diligentèr perpendas, quòd, quũ Adamo per ætatem ampliùs non licuit reipublicæ & Eccleſiæ regendæ attendere, præfectus eſt Sethus, qui tum primogenituræ locum obtinuit. Setho eâdem de cauſa ſucceſsit Enochus, Enocho Conan, Conano Mahaleel, Mahaleeli Ieredus, Ieredo Canocus, Canoco Methuſehelaus, Methuſehelao Lamechus, Lamecho Noah, qui centum & decem annos ſuis imperitabat poſt diluuium: quo tempore poſteritatis eius incidit diſperſio. Facta diſperſione, vnuſquiſq; ſe ſuę familiæ Principem geſsit, quæ præeminentia per gentis primogenitos ceu familiæ tranſibat, ita vt primariæ familiæ primogenitus eam ſemper obtineret. Nemini ſaltem dubium eſſe deberet ſingulos Patriarchas ſuis præfuiſſe familijs, quouſque vniuerſi regiminis habenæ Moyſi traditæ fuerunt. De Moyſe autem legimus, 4. *Exod.* ipſum atq; Aaronem omnes filiorum Iſrael congregaſſe Seniores,

Gentiũ Primogeniti Familiarum Principes.

qui

qui primus fuit Conuentus. Iubet Dominus, *Exod.* 24. ſeptuaginta ex Senioribus Iſraelis ad ſe vnà cum Moyſe accedere; qui quidem ſeptuaginta, *capite eodem*, quaſi noto nomine *Magnates* ſeu *Optimates* filiorum Iſrael appellantur. Moyſes præterea, cauſarum multitudine obrutus, *Iethronis* conciliũ ſecutus, ex populo *Chiliarchas* quoſdam, qui mille præſſent familijs delegit, *Centuriones* qui centum, *Quinquagenarios* qui quinquaginta, *Decuriones* qui decem, qui de eorum cauſis minoribus cognoſcerent. Plures fuiſſe Chiliarchas in eâdem *Tribu*, conſtat ex multis ſacræ Scripturæ locis: eos Moyſes paſsim appellat *Capita Patrum*, *Capita Tribuum*, *Principes*, *Capita Militum*, et in illis præcipuè duodecim ſummi principes electi ex duodecim Tribubus, qui aliquando ſoli ad commiſsionem aliquam delegati fuerunt. Quales Moyſes Iſraelitis præfecit, quales verò Comites ad Rempub. capeſſendam ſibi elegit, ipſe de ſe liquidò teſtatur. *Deut. Cap.* 1. in hunc modum. *Et allocutus fueram vos tempore illo, dicendo, non poſſum ſolus ferre onus veſtri.* Iehoua veſter auxit vos, adeo vt ecce vos hodie ſicut ſtellæ cæli multitudine, &c. *Exhibite homines ſapientes, prudentes & cognitos per tribus veſtras vt illos conſtituam in Primores veſtros. Qui reſpondiſtis mihi, bonum eſt eam rem de qua dixiſti, facere. Accipiens itaque Primores Tribuum veſtrarum, homines ſapientes & cognitos, conſtitui iſtos Primores vobis, præfectos millenis, & præfectos centenis, & præfectos quinquagenis, & præfectos denis & moderatores per Tribus veſtras, &c.* Nos autem verborũ pondere et ratione adducti, conijcere cogimur Moyſẽ virũ ſapientem, in hac electione, notos ſiue notabiles prudentiâ & rerũ experientiâ prætuliſſe, tum ad populi gratiã & parendi promptitudinẽ conciliandã cùm ad rẽ cõmunem melius gerendam, nec quicquam

Magnates et Optimates Iſrael.

Chiliarchæ.

Centuriones.
Quinquagenarij.
Decuriones.

Capita Patrum.
Capita Tribuum.
Principes.
Capita militum.

sola primogenitura sua gloriantes curasse: alioqui quos voluit adiutores, publicæ potiùs perturbatores pacis sibi associasset. Septuaginta igitur Dei iussu Iudices à *Moyse* constitutos Senatorię fuisse dignitatis ponimus: quibus quidam duos addũt, ipsum videlicet *Moysem* et summum Sacerdotem, quasi seni ex singulis duodecem Tribubus descripti fuissent.

Patet igitur ex ijs quæ iam diximus, apud Israelitas Nobilitatem tam *Datiuam* quàm *Natiuam* in vsu fuisse, atque in vna familia aliquando ad primogenitum solum, aut ad aliquem alium alicuius familiæ publico munere ornatum transijsse, dum reliqui eodem stemmate orti intra plebeiæ conditionis limites hæreant. De Regibus quoque Israeliticis censendum est, quemadmodum de Regibus Nationum, quòd quamplurimos pro arbitrio suo, vel ratione vel affectu moti, nobilitârunt. Verùm à populo Iudaico ad Gentes transeamus.

De prima Græca Nobilitate.

GRÆCORVM Republicâ nihil fuit vnquam inconstantius, perpetuis vicissitudinibus fluctuante. *Monarchiæ* exordium (vt plerique solent) non altiùs quàm à *Cecrope* repetam. Is primùm Atticos ex agris agrestes ad ciuilem societatem vocauit, duodecim oppida cõdidit, Ciues in Armatos, Opifices, Agricolas & Pastores diuisit. Quælibet Ciuitas suos habuit Magistratus; neque verò nisi duris temporibus conueniebant ad Regem: quinetiam nonnulli bellum cum Regibus susceperunt. Campestres paucorum dominatum amplectebantur: Montani popularem, Maritimi

Prima Græcorum Reipub. à Cecrope *diuisio.*

Ciuitates habuerunt Magistratus.

Regem duris temporibus consulunt.

timi medium. Qui ex vniuerso populo ad Reipub. gubernacula euocabantur; ij pro Principibus, Patricijs & Nobilibus colebantur. *Plutarchus* potentes in Ciuitatibus homines à *Theseo* alienatos scribit, vt solus regnaret, discreuit tamen populum in *Patricios*, *Rusticos* & *Opifices*; primos dignitate, secundos vsu, tertios multitudine voluit præstare. Verùm in Patriciorum delectu, diuitias, doctrinam & maximè virtutem spectabat: quæ etiam in Regis persona desiderabantur. Nam *Demosthenes* aduersus Neæram ostendit post institutam à *Theseo* Rempublicam, nihilominùs Regem ex his, virtute qui viderentur excellere, porrectis manibus designasse. *Patricijs* munus imposuit Magistratus gerendi, res diuinas cognoscendi, leges ac sacra interpretandi; cumque Ciuitatem magis augere vellet, omnes ad æqualem reipub. partem vocauit. In *Thesei* igitur regimine, Nobilitas diuitijs, scientiâ & virtute comparata fuit. Post Reges, duplex fuit *Democratia*, vna quæ in ditiorum Ciuium imperio; altera, quæ in omnium liberorum. *Solon* post cladem *Cyloniorum* seditione inter plebem ac diuites sopitâ, patriæ *Democratiam* sublatâ *Oligarchia* restituit. Ciuium census quatuor excogitauit; eos qui ex siccis humidisque modios explerent quingentos, in prima classe siue censu collocauit; qui quadringentos, in secunda: qui trecentos, in tertia: reliquos omnes in quarta. Item primos *Modiales*, Secundos *Equites*; tertias *Zeugitas*; quartos *Thetas* appellauit. Magistratus cunctos mandari voluit ijs qui in tribus prioribus censubus collocati fuissent: atque ij magistratus adepti in nobilium albo numerabantur, quarto autem nullus Magistratus communicabatur: itaque omninò ignobilis erat illa classis. Post *Solonem*, *Aristides* & *Pericles*, infimę etiam plebi Magistratus communicârunt, quemadmodum Xeno-

Principes. *Patricij.* *Nobiles.* } *Qui.*

Thesei *Gentis noua diuisio.*

Post Theseum, *duplex Democratia.*

Oligarchia Græca à Solone *restituta.*

Ciuium Census. 4.

1. *Modiales.*
2. *Equites.*
3. *Zeugitæ.*
4. *Thetæ.*

phon, in libro *De Repub. Athenienſium* æquum eſſe ſtatuit, vt tenuiores in omnium rerum partem vocarentur, quia plus afferrent ad opes Ciuitatis quàm nobiles. Nobilitabantur etiam apud Athenienſes ſimplices Ciues de Repub. benè meriti. Vt *Leo* relatus inter decem Heroës, quia filias pro ſalute Reipub. deuouerat: Nobilitaſque ſemel à patre acquiſita liberos illuſtrauit.

Cæterùm Athenienſium Reſpub. non tam prodiga in nobilitatis communione, quàm *Romana* olim parca & curioſa fuit: hæc igitur maiorem huius materię copiam ſuppeditabit.

De prima Romana Nobilitate.

ROMVLVS vt ad vrbem *Romæ* recens ab ipſo conditam vires alliceret, aſylum condidit, ad quod vndequaque certatim confugientes, finitimi, inopes, & ignobiles, vrbi tam amplę prima dedêre incrementa: Ex hac hominum colluuie *Romulus* ſenatores centum elegit; quòd à *Iuuenale* Satyrico his verſibus notatur.

Et tamen vt longè repetas longeq́ reuoluas
Nomen, ab infami gentem deducis aſylo:
Maiorum primus quiſquis fuit ille tuorum,
Aut Paſtor fuit, aut illud quòd dicere nolo.

Patres. Senatores. Patricij.

Illos *Romulus* ob honorem, *Patres* creari voluit, ob ætatem, *Senatores*, item ipſos eorumque progeniem, *Patricios*, ordinauit. Deinde communicatâ Repub.

cum

cum *Sabinis*, alios centum legit; *Tarquinius Priſcus* (vel vt alij potiùs volunt) *Brutus*, centum alios minorum gentium appellatos adiecit. *Valerius Publicola* poſt exactos Reges, quatuor & ſexaginta ſupra centum ex Equeſtri ordine (loco tot Senatorum à *Superbo* interfectorum) ſuffecit, qui *Adlecti* dicebantur: quos enim poſt exterminatos Reges prudentes ætateque graues ſpectatæque probitatis videbat, Senatui tanquam grauiſſimo ſanctiſſimoque concilio adſcribebat. Poſt prima illa Reipub. *Romanæ* fundamenta iacta, Senatores creati fuerunt Ciues *Romani* ex gente patricia (qui prius ſummis & amplis honoribus functi) à Dictatore, Cenſoribus ſiue Triumuiris, deinde *Equeſtris* homines *Ordinis* vocati ſunt in Senatum. Patricium igitur & Senatorium Ordinem nobilitaſſe, nulla vnquàm fuit dubitatio; ſed de Equeſtri, ambigunt aliqui. *Tiraquellus* Equites Romanos quaſi mediú locum tenuiſſe putat inter Patricios & Plebeios, quia *Tacitus* eos Illuſtres vocat. *Martialis* etiam appellat Equeſtrem ordinem minorem; Senatorum & Patricium maximum. Nonnulli *aureorum Annulorum donatione* Nobilitatem datam putant: ingenuitatem tranſferre certiſsimum eſt, ſine qua nemo *Romanus* Nobilitatis capax cenſebatur. Aureorú Annulorum vſus quando *Romæ* cæperit non conſtat. Scribit *Plinius* longo tempore id inſigne fuiſſe illorum qui legati ad exteras gentes ituri eſſent, cœteros Senatores ijs caruiſſe, neque alijs vti, mos fuit, quàm qui ex ea cauſa publicè accepiſſent. Atque aureis in publico tantùm vtebantur, intra domos autem ferreis. Poſteà cæpit vſurpari ab omnibus nobilibus vt in *Tito Liuio* ſcriptum eſt. *Libro* 9. in hæc verba. Ob *Cneium Flauium* Libertinum factum Aedilem, tantâ indignatione Senatum exarſiſſe, vt plerique nobilium aureos annulos & Phaleras depo nerent; in quo falſos fuiſſe pleroſque

Adlecti.

Ordo Equeſter.

Annulus Aureus.

Annulus ferreus.

„
„
„
„

rosque testatur *Plinius*, qui tùm Equestrem ordinem idem fecisse putant. Est enim (inquit) adiectum id quoque, sed & *Phalera* posita propter quæ nomen *Equitum* adiectum est. Annulos quoque depositos à Nobilitate in Annales relatum est, non à Senatu vniuerso. Ex quo perspicuum est, non tum fuisse Equitibus ius gestandi Annuli, sed nobilibus tantum, id est *Patricijs*, & Senatoribus, tametsi non essent *Patricij*: quòd Senatoria dignitas initium Nobilitatis afferebat. Postquam autem à Senatu ad Equites translata sunt iudicia, simul & ad eos vsus Annulorum transijt, quod non tam Equitum, quàm Iudicum insigne fuit, nec tamen omniũ; sed qui maioris essent dignitatis. Annuli, inquit *Plinius*, distinxêre alterũ ordinem à Plebe, vt semel cæperunt esse celebres. & postea: Sed Annuli planè medium Ordinem tertiumque plebi & patribus inseruêre, ac quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecunię Iudices ttibuunt, nec pridem id factum. Diuo enim *Augusto* de Curijs ordinante, maior pars Iudicum in ferreo annulo fuit, ijque non Equites, sed Iudices vocabantur. Equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum: deinde Imperij *Tiberij* anno nono, cum in vnitatem veniisset Equester ordo (sic enim loquitur) Annulorum authoritati forma constituta, vt essent omnibus Equitibus promiscua: Tandemque (inquit) cùm *Caius Sulpitius Galba* (dum iuuenilem famam apud Principem popinarum pœnis aucupatur) questus esset in Senatu vulgo institores eius culpæ defendi annulis; hac de causa constitutum, ne cui id ius esset, nisi cui ingenuo ipsi patri auoquè paterno *H S.* quadraginta census fuisset. Et lege *Fuluia* Theatrali in quatuordecim ordinibus sedenti. Hinc factum est vt Equestris Ordinis esse viderentur, qui aureos gestarent annulos, quia nisi censum Equestrem habenti-

Ius annuli gestandi.

Senatoria dignitas.

habentibus non permittebatur. Itaque *Suetonius* scribit *Iulium Cæsarem*, cum milites hortando læuę manus digitum sæpiùs ostenderet, diceretque se æquo animo detracturum sibi annulum, existimatum fuisse se, ius singulis aureorum annulorum censumque Equestrem promisisse. Sed posteàquam communicatum est equitibus gregatim, id insigne (inquit *Plinius*) appeti cæptum est. Anteà in ferreo annulo Equites Iudicesque intelligebantur. Tandem dum seperatur Ordo ab Ingenuis, communicatus est cum seruitijs, id est libertinis hominibus. Hoc autem ius non alijs olim dari solebat, quàm strenuè fortiterque sese in bello gerentibus, nec vnquam Libertinis nisi *Ingenuis* factis (quod olim à Principe concedi oportuit) ius fuit Annuli aurei. Semperque plus fuit ingenuum esse, quam donatum aureis annulis. Illud ab ipso nos ortu, liberos ostendit; hoc delet quidem seruitutis maculas, aut eluit quàtùm potest, sic tamen vt litura semper extet. Propius autem accedit ad naturam restitutio natalium, quæ omnia secum affert commoda naturalis ingenuitatis, atque id solum Principem potuisse: vt relegatum aut deportatum restituere: & restituti ad natalia non solum innumerum Ciuium inserebantur, verùm etiam Quiritibus inscribebantur, vt esse possint omnium honorum & munerum participes. Itaq; ius Quiritum appellatur à *Plinio*.

Ingenuitas.

Fuit etiam ius *Imaginum* apud Antiquos, quod aliquo præclarè gestò magistratu, & honoribus egregiè functis à Senatu donabatur (quod non tam nobilitatis) & generis esset insigne, (quanquam & generis etiam.) Nam qui Imagines Familiæ & Generi suo cõsequebantur, haud dubium quin Nobilitatem afferrent. Sed nescio quid maius atque exellentius erat, posse vti Imaginibus. *Plinius lib.* 35. sic habet. Apud Maiores, Imagines ,,

Ius Imaginum.

" gines in atrijs erant, quæ spectarentur, expressi vultus
" singulis disponebantur armarijs, vt essent Imagines quę
" comitarentur gentilia funera, semperq; defuncto aliquo,
" totus aderat Familiæ eius qui vnquam fuerat populus.
" Stemmata verò lineis discurrebant ad Imagines pictas.
" Tablina verò codicibus implebantur, & monumentis
" rerum & magistratuum gestorum. Quo ostenditur I-
magines fuisse gesti magistratus potiùs, quàm Nobilita-
tis indices. Nec omniũ gentiliũ solitas gestari, Imagines
sed eorũ duntaxat qui Magistratu sũma cũ laude & glo-
ria functi fuissent, quiq; id iuris à Senatu essent assecuti.
Quare ius hoc Imaginum inter Magistratuũ ornamenta
Cicero annumerat. Vt sunt *Toga, Prætexta, Sella Curu-*
lis, & Primus dicendæ sententiæ locus, quæ omnia non
transibant ad posteros, vt ijs vti ipsi possint, sicut Nobili-
tas Consularium & Prætoriorum virorum & similium,
quàm leges Romanæ descendere ad nepotes his gradi-
bus voluerunt, vt tam fœmellę quàm masculi vsque ad
pronepotem, eiusdem censerentur esse dignitatis cuius
Maiores eorum erant. Denique qui familiæ suæ Ima-
gines inseruerat, nihil aliud feciſſe putandus est, quàm
vt in funere suo, & gentiliũ suorũ, Imago sua efferretur,
non vt omnium eius posterorum Imagines quoq; por-
tarentur, sed eorum tantum qui simile ius adepti fue-
rant: asseruabantur enim domi imagines, et in funeribus
gentilium efferebantur ad rerum egregiè gestarum ex-
emplum. De Imaginibus ita sentiunt nonnulli, vt qui
Maiorum suorum habuerant Imagines, nobiles antiqui
dicebantur, qui suas tantùm, noui; qui neque Maiorum
suorum neque suas, illi demum ignobiles censebantur.
Attamen Plebs Magistratus Curules adepta, Imagines
etiam posuit. *Hactenus* de iure Imaginum. Ad *Romu-*
lum redeo.

Toga.
Prætexta.
Sella Curulis.

Quemadmodum *Romulus* populum in duos Ordines
diuiserat

diuiserat, Senatorium scilicet & Plebeium; illorum progeniem *Patricios* & *Optimates* nominans; istorum *Plebeios*: ita & eorum officia distinxit. *Patricijs* ingenuas artes reliquit, militiam videlicet & Magistratus gerere, sacra facere, ius dicere, publica & vrbana negotia administrare; *Plebeijs* autem militiam & agrorum curam pecorisq; pascendi, reliquasq; non ingenuas artes aduenis delegauit. Mercaturam, sordidas pudendasq; ad vsũ artes demandauit. *Romanos* verò seruile ministerium & laboriosa negotia exercere noluit, quibus omnem quæstum interdixit, nam quæstus omnis Patribus indecorus videbatur. Nec *Patricius* olim creari potuit, nisi lege nominatim ad populum latâ, quod fuit aut *Regium*, aut *Consulum*, aut *Dictatorum* amplissimum officium. Quibus verò rebus *Patricij* à *Plebe* secernebantur pluribus est perspectum exemplis: siquidem *Patricij* qui *Nobilitate* præstarent, quique honestè geniti & liberaliter educati erant, *Bullam* in pectore, *Lunulas* in pedibus habebant. Erant enim fibulæ eburneæ corniculantes instar *Lunæ*, quod à *Numa* institutum ferunt; vt Senatores eorumque posteri, nigris calceis *Lunas* annecterent, quasi *Lunæ* charactere *Centenus* designaretur *Numerus*, quo tum Senatores continebantur. *Bulla* autem aurea fuit, figuram cordis habens, qua etiam obsignasse dicuntur veteres, quàm quidem pueri ingenui, eorumq; filij qui equo meruissent, ad pubertatem vsque, vnà cum *Prætexta* induebant: illamque exactâ pueritiâ, solemni festo *Laribus* suspendebant. *Prætextam* supra tunicâ quisque honoratus & nobilis habebat: post pubertatem verò in anno decimoseptimo, decimo etiam quinto & sexto, demissâ prætextâ, *Togam* induebant, quæ *Virilis* dicta fuit: eam qui purpurâ prætexebatur, illis tantum dari quorum patres Magistratus curules, & insignes gesserant honores. Olim Equester

Bulla.
Lunula.

Cur Lunæ charactere in Calceis vsi sunt Romani.

Bullæ forma et vsus.

Prætextæ vsus.

Sagus. Endromis. Cuculus.

ordo et Plebeius purpurâ non induêrunt. Veſtis Tribuni Plebis & Plebeiorum penula fuit, ſicut *Sagi*, *Endromides* & *Cuculli*. Secutis temporibus purpuram quidem ferebant plebeij, ſed diſtinctã à *Patricia*, fuſcam, et herbarum ſuccis, non tyrio murice infectam. Præterea, *Patricij* ſibi ex *Romuli* inſtituto auſpicia habebant, item Senatus Sacerdotia: ſed non diù (inquit *Dionyſius*) durauit hoc inſtitutum, quia omnia plebeijs erant communia. Et ne quis exiſtimet *Patriciam* & *Senatoriam* dignitatem eſſe eandem, refert *Tacitus D. Claudium* vetuſtiſsimum quemque in numerum *Patriciorum* è Senatu aſciuiſſe, paucis iam reliquis familiarum quas *Romulus Maiorum* & *L. Brutus Minorũ Gentiũ* appellabat. Aliud forſan magis mireris, vt quẽadmodũ plebe inualeſcente tranſitus fuit à plebeio ſtatu ad *Patriciatũ*; ita *Patricij* ſe nonnulli ad plebẽ contulerint. Senatorum electio pro temporis viciſsitudine, fuit penes *Reges*, tùm *Conſules*, tùm *Dictatores*. Poſt exactos *Reges*, *Conſules* in Tribunos militũ conſulari poteſtate, cõiunctiſsimos ſibi quoſque Patriciorũ, deinde Plebeiorũ legiſſe, donec lege ſancitũ eſt, quod Cenſores curiatim in Senatu legerent. Mox *Cenſus Senatorius* ad creandũ Senatorẽ deſiderabatur. Et ſi Lectus poſtea Cenſũ labefaceret, ordinem amittebat.

Cenſus Senatorius.

Palam igitur eſt Nobilitatem *Romanam* in *Patricia* & *Senatoria* dignitate fuiſſe ſtabilitam: quam neq; Equeſtri ordini fuiſſe denegatam, ex ſubſequentibus colligimus, licèt alij in alia ſint ſententia. *Dionyſius* aſſerit lectos à *Romulo* CCC. *Equites* ex familijs clariſsimis, denos ex ſingulis curijs. Equitum alij qui equo publico, omninò in Ciuitate; alij qui equo priuato, in exercitu meruêrunt. Equum publicum Cenſor aſsignabat; & Equites publicos creabat tam ex Patricijs quàm plebeijs: qui tandem vt Senatores ex cenſu item creati ſunt. Fuit autem *Cenſus Equeſtris H S.* quadrin-

Equus publicus.

Cenſus Equeſtris, quo exhauſto deſinebat dignitas.

quadringentorum millium, quo exhausti desinebat vnà Equestris dignitas. Scribit *Isidorus*, quamuis quis esset Senatoriâ origine, tamen vsque ad legitimos annos Eques erat *Romanus*: deinde Senatoriũ inibat ordinem. *Liuius Perseum Macedoniæ* Regem ita inducit loquentem. Equites *Romani* principes iuuentutis, Equites Seminarium Senatus, inde lectos in patrum numerum *Consules*, inde Imperatores creant. Gerebant Equites *Romani* augustum clauum, nec poterit quis Equestris esse ordinis nisi ingenuus. Quamobrem esse Eques *Romanus* maius quiddam fuit, quàm simpliciter *Ingenuus*. *Plinius* tamen scripsit annulos medium tertiumque ordinem Plebi inseruisse, eos denique vbi celebres esse cæpêrunt, alterum ordinem à plebe distinxisse: quasi dicat Equites primùm fuisse plebeios, postea melioris conditionis; quæ secundum *Isidori* verba superiùs recitata, comparanda videatur liberis Senatorum, qui inter Equites numerabantur vsque ad Senatoriam ætatem.

Eques Romanus Senatris filius.

Senatorum filij, Equites vsq; ad Senatoriam ætatem.

In quæstione Nobilitatis multùm hodiè non solùm ab imperitis sed etiam à doctis peccatur, dum non conueniant de propriâ significatione vocum *Eugenia*, *Nobilitas*, *Generosus*, *Nobilis*, *Ingenuus*, *Gentilis*. Nam dum *Eugenia* græcum vocabulum, Latinè interpretetur *Nobilitas*, genus introducitur pro specie. Est enim *Eugenia* altera Nobilitatis species, *Natiua* dicta, (& non quælibet nobilitas) vetustatem quandam (vt *Aristoteli* placuit) generis, diuitiarum, & virtutum desiderans: cuius hæc sunt verba. Non diuites, neque boni, sed qui à virtutibus, diuitijs, vel antiquis bonis descendêrũt *Eugenes* sunt habendi.

Nobilitas quæ *Eugenia* dicitur ab *Osorio* definitur *Splendor vel dignitas generis in quo maximæ virtutes extiterunt vitæ communi salutares & commodæ*. Quam quasi putredini esse obnoxiam & Senectâ posse confici contendit.

Eugenia.

tendit. Hæc regula in noſtro non eſt recepta foro. *Symon Symonæus Oſorium* celato nomine vel alium quemquam eiuſdem ſententiæ his verbis carpit. Supinè (inquiens) loquuntur, qui aiunt quemadmodum ſumma Senectus mentis vim & conſilium debilitat, ſic etiam Nobilitatis ſplendorem, mediocri vetuſtate augeri, extremâ verò Senectâ confici. Vt ſimilitudo (inquit) non quadrat, ita nec rectè concludit; nam quò vetuſtas generis maior, eò plus authoritatis Nobilitas habet. Ipſe tamen *Symon* ſui immemor, alibi in eundem impingit lapidem, limites *Eugeniæ* imponendo, ſanciendoq; quòd longa ad numerum trium, continuataq; illuſtrium parentum ſeries, in qua frequentèr magnæ virtutes enituêrunt, Genus vere nobile ſiue *Eugeniam* conſtituit. Et quòd origo non altiùs quàm à quarto Anteceſſore repetenda eſt, ne reges ipſi (vt aijt *Plato*) à Seruis deriuentur, vel à Regibus Serui.

De *Eugenia* omnis ætas optimè cenſuit, ſed non ita, vt in ea omnis Nobilitatis ius fundaretur: poteſt enim quis eſſe Nobilis, licèt non *Eugenes*, at *Eugene* honoratior, quamuis non perinde *Generoſus*. Vt Comes nouus cum Armigero vetuſtiſsimæ familiæ collatus. Velut *Agathocles* Rex ex figulo factus. Quid *Romulus*? Quid *Tullius Hoſtilius*? *Tarquinius Priſcus*? Sed ad vocabulorum ſignificationem indagandam accedamus. *Romani* homines diuiſi êrunt in *Liberos & Seruos*: *Liberorum*, alij erant *Libertini*, alij *Ingenui*: *Libertini*, Ciues *Romani* erant, qui tribus modis, hoc eſt, aut *Teſtamento*, aut in *Congregatione*, aut *Ante Magiſtratum* (qui eius rei poteſtatem habuit) manumiſsi fuerunt. Hinc forſan olim cum regnum hoc noſtrum ſeruili conditione plurimùm premeretur, vox **Franklin** pro *Libertino* in vſu fuit, niſi malles pro *Ingenuo* dici.

Libertini. Ingenui.

Francklin.

Ingenui dicebantur, qui ipſi, Maioreſuè ipſorum, ſeruitutem

uitutem nunquam ſeruierint: Maiores vſq; ab Auo repetebant, quod ex hijs *Liuij* verbis conſtare poteſt. An vnquam fando audiſtis *Patricios* primos eſſe factos, non è Cælo dimiſſos, ſed qui patrem ciere Auumq; poſsint? hoc eſt nihil vltrà quàm *Ingenuos*. »
»
»

Ingenuitas ſores ad omnes honorum gradus patefecit: quæ (vt Nobilitas politica) fuit aut *Natiua*, aut *Datiua*. *Datiua* quidem à certis Magiſtratibus; & tandem à ſolis Principibus concedebatur, idq; duobus modis: vnò, tacitè & minus planè per annuli donationem: altero, nominatim & perfectè per reſtitutionem natalium. Ac cùm Serui vnico tantum nomine appellabantur; *Ingenui* & *Liberi* duo aut plura habuerunt. *Nomen* verò quòd à gente ducebantur, *Gentile* vocatur. Sciendum tamen eſt, *Aduentitia* nomina quandoque fieri *Gentilia*, vt *Tullius* nomen fuit *Gentile*, *Cicero* verò *Adſcititium* fictumque à *Cicere*, cuius ſpeciem in extremâ naſi parte formatam habuit, qui primus ita nominatus eſt: at id *Ciceroni* Oratori fratri eius et poſteri cæpit eſſe *Gentile*. *Tullius* in *Topicis* definit, *Gentiles eſſe qui eodem inter ſe ſunt nomine, qui ab Ingenuis oriundi ſunt, quorum Maiorum nemo ſeruitutem ſeruierit, qui capite non ſunt diminuti*

Ingenuitas.

Nomen gentile.

Gentiles ab *Ingenuis* oriundos eſſe oportuit, quia *Seruorum* aut *Libertinorum* gens nulla eſt. Itaque *Gentilitatis* ius, alienũ quãuis eratà Nobilitate, in magna apud *Romanos* veneratione fuiſſe non eſt dubitandũ: atq; *Gentiles* dici ſummopere deſideraſſe. Illud etiã deſiderium vniuerſam *Italiam* occupâſſe vſque hodiernum diem.

Gentiles.

Nam apud *Venetos* GENTILHVOMINI dicuntur, qui gentem à primis eius Inſulæ incolis ducunt, qui ſunt ipſi *Patricij*. Illud vocabulum (*Gentilhuomo*) quaſi per manus traditum ab *Italis* ad *Gallos*, à *Gallis* ad nos commigrauit, tandemque cum nouo domicilio, nouam induit ſignificationem, alienam ab illâ quâ fuit

Gentilis ſeu *Gentilitas* apud veteres *Romanos*.

Nam falſum eſt quod quidam etiam Docti tradiderunt, Gentilitatem, Patriciorum tantùm fuiſſe proprium: immo etiã Plebeijs fuit (ſicut ipſa ingenuitas) communis; quod ex hoc vno *Suetonij* loco apparet. *Patricia* gens *Claudia* (fuit etiam & alia plebeia nec potentia minor nec dignitate) orta eſt in *Regillis*. Decepti fuiſſe videntur ex eo quod *Liuius*, ſcribit *Romulũ* centum Senatores creaſſe, quos Maiorum, *Brutum* alios centum item, quos Minorum gentium appellârunt. Sed hoc nihil vrget vt concedendum ſit ſolos *Patricios* gentem habuiſſe, nec enim iſta eos appellatio ſecernebat a Plebeijs, ſed ipſos inter ſe. Quòd cùm omnes ex Ingenuis ciuibus (& qui gentem haberent) electi fuiſſent: tamen quos *Romulus* creârat, *Patricium* honorem prius in ſuam gentem tranſtulêrunt, quam ij quos *Brutus* coptârat. *Gentiles* etiam dicuntur *Qui ſimilitudine nominis* (nulla licèt agnatio intercedat) *inter ſe conueniunt*.

Apud *Athenienſes*, *Genitæ*, id eſt gentiles vocabantur non qui genere aut ſanguine inter ſe iuncti eſſent, ſed qui ex gentibus fuiſſent ijs quæ in *Curias* coniectę, in ſocietatem quandam inter ſe coaluêrunt. Erant enim apud *Athenienſes* quatuor *Tribus*, & quęlibet *Tribus* in Tres *Curias* diuiſa eſt, quæ duodecim faciebant. Quælibet etiam Curia in partes tricenas ſecabatur, quas *Gentes* vocabant. Sed ad rem redeo.

Cur *Gens* apud *Romanos* ab *Auo* petenda ſit, nec niſi in duobus ad minimũ conſiſtat, ſcilicet *Auo* & *Patre*, quidam in cauſa eſſe putant, quod *Gens* multitudinem ſignificet, quę plus vno deſiderat. *Gens* tamen videtur dici quaſi *Genus*, ablato U. Differunt autem inter ſe, quod ſtirpem et Originem *Genus* ſignificet, *Gens* quaſi generum et originum quandam multitudinem.

Ingenuitas ornamentum habet à Naturâ.

Ingenuitas ornamenta ſua habuit à natura, & libertatem

tatem reſpexit, quam ab auis duxit. *Gentilitas* iuris ciuilis erat, referebaturque ad agnationis vetuſtatem, ab ipſa differens ſolâ generis antiquitate, nam agnationem ſumere longiùs quàm a Patre neceſſe non eſt.

Quod ſi ita ſit, *Gentilitas* & *Nobilitas* non ſunt eadem. *Gentilitatemq;* (quâ *Plebeij* non minùs quàm *Nobiles* ſe iactitent) cum *Nobilitate* confundunt, qui Nobilem Origine eſſe negant, niſi cui *Auus* ſit *Nobilis*: nec ſibi conſtant; cum audeant affirmare *Nobilitatem* cum ſemine tranſmitti ad poſteros, neſcio qua authoritate nitentes, quale eſt illud *Mantuani*.

Qui viret in folijs venit à radicibus humor,
Et patrũ in natos abeunt cum ſemine mores.

Et aliâs ex Lyrico Poetâ.

Eſt in Iuuencis, eſt in equis, patrum
Virtus: neq; imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

Quibus quidem Analogijs, ſatagebant Poetæ generoſos adoleſcentulos ad paternarum virtutum imitationem excitare: alioqui non ignari, nobilitatem de qua agimus eſſe rem ciuilem vel Politicam, & non naturalem. Sunt quidem animalium irrationalium diuerſæ ſpecies, hominum tantum vna eſt: quare vt Aquila non producit columbam, ita nec homo leporem. At eſto: boni ex bonis, fortes ex fortibus procreantur. Si verò hoc ſit humanum; cur non etiam filij boni, & fortes, ex bonis & fortibus plebeijs? Sunt vtique homines. Sed nihil eſt hâc Regulâ fallacius: filium nequam ex patre frugi, ſtultum ex ſapiente, ignauum ex ſtrenuo naſci naturæ humanæ corruptione crebriùs contingere vi-

demus. Neque hoc iam nouum eſt, ſed in ipſâ primâ naturæ noſtræ inquinatione radices egit. *Cainus* namque primogenitus erat optimi Patris *Adami*: ex eodem prognatus eſt *Abelus*. *Iacob* item & *Eſau* gemelli patris beatiſsimi, quorũ vnũ Deus amore, alterũ odio eſt proſecutus. Siquid cum ſemine humano maximæ operationis tranſmittatur, id omninò vitiũ eſt; tantum abeſt, vt ſit virtus, quæ vbiuis acquiritur, naſcitur nunquam. *Ferreto* authore, Imperator corporeâ ſubſtantiâ cæteris non præſtat: celſitudine autem dignitatis Deo ſimillimus eſt. *Demoſthenes* item à viris inquit bonis (velut fato quodam) improbos naſci filios. Græco etiam iactatur prourbio, *Heroüm filij infortunia*. Quid *Mathematicos* & *Aſtrologos*, qui Nobilitatem & ignobilitatem multò certiùs à Syderum vi atque influentiâ pendere affirmant, quàm à parentum conſtitutione?

Veruntamen vulgus, non abs re, maius quiddam in liberis principum, quàm pauperũ, expectare ſolet: cuius ſpei plures producuntur cauſæ, nempe facultas nobiliũ optimè educandi & liberos inſtituendi. (Dedecus enim filij, ſi à patre nobili degeneret.) Conſanguineorum denique & amicorũ rectè admonentium copia. Neq; alia fuit Poetæ mens, vt ſatis liquet, ſi concluſionem attenderis.

Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter artes Emollit mores nec ſinit eſſe feros.

"Doctrina ſed vim promouet inſitam
"Rectiq; cultus pectora roborant.

Per *Vim inſitam*, quædam intelligit virtutum Semina, quæ Dei ſolius beneficio adhuc humanæ Naturæ inſunt: quæ non aliter quàm herbarum ſemina, pro ratione & modo culturæ fœcunda: ita vt Nobilitatem Philoſophicam multò faciliùs adipiſcatur benè educatus, quàm

quàm benè natus.

Quare inopûm ruſticorum filij qui præter pecora nihil nôrunt, Siluani potiùs quàm homines videntur. At honeſtiore loco nati, cum Nobilium liberis ijſdem ſcholis, ijdem ſtudijs concertant: vtinam fructu & laude haud maiore.

Aliæ adhuc reſtant rationes, quæ Nobilitatem Politicam non eſſe quiddam ſubſtantiale conuincunt, ſed accidentale, poteſt enim & adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, vt delicto tranſitus eius impediatur. Item ſpontaneâ ceſsione, (cum natura interim furcâ non expellatur) quod à multis *Patricijs Romanis* factitatum legimus; qui repudiato *Patriciatu*, plebeiam ſubierunt conditionem. Error nonnullos inualit per Iuriſperitorum vocabula, qui Nobilitatis extinctionem propter delictum, *Sanguinis corruptionem* vocant: quâ phraſi vtuntur, non quia *Natiua* Nobilitas naturaliter vel eſſentialiter magis quàm alia facultas hæreditaria inſit humori ſanguinis: ſed quoniam ius hæreditatis, quod per ſanguinis communicati gradus dirigitur, eo pacto determinatur: & in odium criminis, corruptio appellatur, cuius contagione liberi omnes coinquinantur.

Neq; argumentum ſolidius excogitari poteſt ad probandum Nobilitatem non immiſceri ſanguini, quàm quòd Nobilita Aui non nobilitet Nepotem ex filio capite imminuto. Ciuilis huius inſtituti naturalis datur ratio, Quia ſcilicet, Medium inhabile impedit extrema coniungi. Cæterùm quæri ſolet an apud nos non ſecùs quàm olim apud Antiquos *Romanos*, Nobilitas patris Senatoris, filio ante dignitatem adeptam profit? Et ſi profit, an huiuſmodi nobilitas in filio dicenda ſit *Natiua* an *Datiua*? Reſpondeo: Noſtrâ conſuetudine, prolem paternâ nobilitate immediatè nobilitari. Atque filij velut rami Arboris à ſterili in vberius ſolum tranſplan-

transplantatæ, eodem nouo quo stirps virent humore. Talisque Nobilitas *Natiua* dici meruit quia non nisi natos à tali patre perfundit. Exempli gratia, Barone Comitis titulo insignito, è vestigio primogenitus suus, Baronatus titulum assumit, filięque suæ omnes Dominæ, **Ladies**, *Madames*, salutantur.

Natiuam Nobilitatẽ non est necesse altiùs quã à Patre deducere.

Concludimus ergo *Natiuam* Nobilitatem à patre trahi, neque necesse esse altiùs quærere: fieri enim potest vt ab Auo aliquando deriuari non possit; veluti si crimen patris interuenerit. Patre nobili natus, genere nobilis est sine omni controuersia. At si quis velit contendere, eum tamen propriè non esse *Eugenem*: Respondeo; vulgus maximè, at Forum id minime curare. Alioquí Nobilitas minor esset Principibus quibusdam nouis, quàm minoribus Nobilibus, si *Eugeniæ* trutinâ, Nobilitatis priuilegia impertirentur. Adde si *Eugenia* vrgeatur, ea non solũ Atauos, sed & reliquos post Atauos Maiores omnes continuâ serie, Nobiles, Diuites, Reipub. vtiles, bonos, & sine labe postulat.

Durus profecto sermo, Durior regula, Durissima consequentia. Huiusmodi rara auis; sunt tamen. Verùm de ea re accipe *Aristotelis* sententiam, *Eugeniam* quidem in paucis reperiri, *Eugenes* bonos nusquam centũ. *Athenienses* igitur Nobiles suos vocabulis magistritis, *Eupaterios* & *Eupatrides* appellabant: quasi dicas, patre claro natos, quanquam confundi scio nonnunquam cũ verbo *Eugenes*.

Nobilitatem à matre posse deduci, non absurdum, neq; à ratione alienum.

Asserui ingenuè Nobilitatem à patre in liberos descendere; quid si etiam maternæ Nobilitati eandem inesse vim affirmauerim? Aderunt profecto cùm ratio, tùm Doctorum sententiæ, tùm etiam consuetudines antiquę in huius causæ patrocinium. Si Nobilitas aliquid omninò naturale hauriat de parentibus, matri tota propemodum fœtus constitutio est attribuenda: formam etiã

obtinet

obtinet (si Philosophis credendum sit) qualem Mater cum semine concipit. Vitam à matre, nutrimentum à matre, augmentum à matre, passiones, denique affectiones, vitia, virtutes, omnium consensu à matre cum spiritu & humore vitali haurit. Quòd in Matre facultas talis sit, patet ex Medicorũ præceptis, qui parentes in primis sollicitos esse iubent quibus nutricibus infantes lactandos mandent. Porro si virtus Patris in liberis sit colenda, cur non & matris? Sexus ratio eam haud minuit, augetuè, quæ propter se est expetenda. Immo in teneris mulierculis, plus admirationis, plus gratiæ habere videtur.

Rectè à quodam Iurisperito scriptum est. Inter causas propter quas Personarum dignitas augetur vel minuitur; leuissima est quæ à Sexus discrimine ducitur. Refert *Vlpianus* filios mulierum Ilienſium, Delphicarũ, & Ponticarum assignatos fuisse domicilijs matrum & non Patrum. *Plutarchus* Author est, apud *Xanthios*, matrum generi & familiæ inseri filios, & ab ijs nomen gentis duci & non à patribus. Hoc ipsum tradit *Herodotus* de *Licijs*, vt à matribus sui generis nomen & authoritatem accipiant, sitque apud eos Ingenuus & Nobilis, matre natus ingenuâ atque nobili, quanquam patre seruo aut plebeio. Sed & legibus *Romanis* in quibusdem casibus filij matrũm orignem sequuntur. Neq; inauditum est apud nos neque apud alias nationes filios è matribus suis qui patribus erant nobiliores, nomina sibi sumpsisse, Vt *Raynatus de Clara*. *Spartianus* & *Trebellius Pollio* scripsêrunt, *Macrianum* siue *Macrinum* fuisse à matre nobilem, patre tantum forti & bellicoso. Legas apud *Cornelium Tacitum* hanc sententiam: Iam depulso Nerone, quis nam eligeretur inquirebant, et omnium ore, *Rubellius Plancus*, cui nobilitas per matrem ex *Iulia* familia. Ab hijs non dissentiunt *Virgilius*, *Ouidius*

dius, *Statius Papinius*, quorum versiculos subtexere placet.

VIRG.

——Genus huic materna superbum
Nobilitas dabat: incertum de patre ferebat.

OVID.

Est quoq; per matrẽ Cylenonen *addita nobis*
Altera nobilitas.——

IDEM.

Hinc fuit Euander *qui quanquã clarus vtroq;,*
Nobilior sanè, sanguine matris erat.

PAPINIVS.

Sed quicquid patrio cessatũ est sanguine, mater
Reddidit, obscurumque latus clarescere vidit
Connubio gauisa domus.——
Stemmate materno fœlix, virtute paterna.

Ratio quàm plerique Doctores inferunt ad probandum filium paternæ nobilitatis participem, hæc est: *Omne compositum participat de forma & materia, quæ conuenit vtrique Parenti.* Quare vbi lex rationi non obstat, hæc regula tenenda est.

Dixi de *Natiua* Nobilitate, hinc rectà ad *Datiuam* progrediar.

Datiuæ

Datiuæ Nobilitatis
ORIGINES VARIÆ.

POLITICÆ vel *Ciuilis* Nobilitatis ſpeciem alteram, *Datiuam* ſcilicet, à primis ſuis initijs exploraturus, quædam prius dicta hìc reuocanda neceſſariò videntur. Eorum quoque primùm confutandum eſt argumentum, qui aiunt: Cùm pater omnium communis extiterit *Adamus*, vnde perſonarum præſtantia? Reſpondetur ex eodem, quo quæſtio nata eſt, veteri Teſtamento, eâdem apud Chriſtianos & Iudæos authoritate. Noah *cum vineam plantaſſet, & guſtaſſet de plantatione ſua, de vino bibens, inebriatus nudatuſque iacuit in tabernaculo ſuo. Videnſque* Cham *verenda patris, narrabat duobus fratribus ſuis, qui ex innata honeſtate & virtute, dormientem patrem pallio humeris impoſito operuerunt, auerſis oculis nuditatem patris non videntes.* Noah *vero expergefactus cognoſcens quid ei filius iunior feciſſet, maledixit* Cham, *Seruum Seruorum eſſe iubens.* Ex hoc indigno facinore patris maledictionem, ſeruitutem & ignobilium titulum *Cham* cùm generatione ſua retulit: è contra verò, *Sem* & *Iaphet*, omnis honeſtatis, nobilitatis, & virtutis nomina, atque patris benedictionem inuenêrunt.

Nobilitas *Datiua* de qua præſens ſermo eſt, multis ex cauſis orta & inuenta eſt; primùm ex vrgente neceſsitate: Nam quùm præualuêre mali, bonique opprimerentur, neceſſe fuit bonos à malis diſtingui, & ad com- *Neceſsitas.*

munem rerum tranquillitatem conſeruandam ſeparari: quare prudentes, iuſti, et virtute præditi, mundi velut luminaria, cæteris prælucentes, præponebantur, vt omnibus piæ et honeſtæ vitæ exemplo eſſent, cuncta diſcuterent, et dijudicarent. Tunc temporis huiuſmodi viri ſapientes et Reipub: conſulentes virtute nobilitatẽ acquirere viſi ſũt. Vetus enim apud eos valebat prouerbium. *Virtutem non ſanguinem nobilitare*: A populo tales ad Conſiliorũ et Iudiciorũ functiones vocati, electi, et inſtituti fuêrunt. Qui per ſuos ſubditos in Reges et Principes electi et creati ſunt, et ob res preclarè geſtas, huiuſmodi titulos, atque Magiſtratus dignitates adepti, ſeipſos ſuoſque poſteros nobilitârunt.

Ignorantia vulgi.

Alia item cauſa cur Nobilitas coli cœpta ſit, *Ignorantia* fuit, et imperitia *Vulgi*, qui adeò ſenſum, rationem et intellectum diſperſum habent, vt certi, firmi, aut ſani nihil colligere, diſcernere aut, di iudicare queant. Quapropter ad pacem publicam tuendam neceſſe fuit Principes, hoc eſt præfectos, virtute et prudentiâ claros, nobileſque viros ſortiri, qui res turbulentas & imperitiâ ortas, componerent, rudemque plebeculam, peculiari ſapientiâ, actu, et velut arte quadam, ad vitam cultiorẽ moreſque humaniores pertraherent, quales fuere *Iupiter*, *Pallas*, *Ceres*, *Bacchus*, *Apollo*, alijque quamplures. Hi non ſolùm ex ingenio, virtute, et arte, nobilitatis et dignitatis titulos conſequuti ſunt: ſed et pro Dijs ab imperitâ multitudine habiti ſunt, honoreſque plane diuinos retulêrunt.

Diuitiarum affluentia

Ex *Diuitiarum* quoque *Affluentia* Nobilitatem oriri videmus: Multi namque ſummâ inopiâ laborantes ditioribus adhęrere coacti: et ſeſe Dominis plane mancipantes, ipſos Nobiles iudicabant et pro talibus habuêrunt et coluerunt.

Ex *Rebus* etiam *Præclare geſtis* nobilitas originem traxit,

traxit, namque cum olim Nationes ab hostibus pressæ, si quis fortis & magnanimus patriam liberasset, is, præ cæteris, honoribus accumulatus erat. Multi etiam olim virtute bellicâ Nobilitatem adepti sunt, & à populo Nobiles iudicati, qualis *Dauid* ob necem *Goliab* Philistini. Alij immediatè à Deo ad Generis nobilitatem electi & vocati: vt *Iosua*, *Gedeon*, *Ieptha*, reliquique *Iudices Israel*: qui Duces Exercitibus præfuerunt. Alij rursus ab aratro in capita Populi à Deo asciti sunt, vt Principes duodecim Tribuum Israel. *Saulus* Rex ex agro, *Dauid* è pascuis gregum, qui semetipsos prorsus indignos censuêrunt. Sed quos Deus nobilitârit, à nobis præ cæteris nobilissimi sunt habendi.

A Deo electi.

Nobilitatis *Datiuæ* pars non minima, imò maxima, ex rei militaris peritiâ decus nobilitatemque sibijpsis peperêre, victoriam, triumphumque ab hostibus domũ reportantes. Vti *Horatius Cocles*, *Titus Manlius*, *Scipio Africanus* & frater eius *Lucius Scipio Asiaticus*, Taceo *Magnos Imperatores*, *Vespasianum*, *Domitianum*, *Neruam*, *Traianum*, *Antonium*, *Seuerum*, *Theodosium*, alioſque multos, qui partim Patres Patriæ, partim Benefici, omnes optimi Principes sunt habiti: quorum Imagines numismatibus etiamnùm circumferuntur, statuæque publicæ, illis in honorem, adhibitis solemnibus quibusdam Ceremonijs, in hoc maximè, vt reliqui omnes ad consimilem gloriam strenuitate & virtute, factis aspirarent et certatim contenderent.

Scientia militaris.

Alij insuper qui in bellis ab Exercitibus propter insigne consilium & magnanimitatem, infimo et obscuro loco nati, in magnos Imperatores, Cæsares, Duces, Principes, atque Comites euecti sunt, vt *Tullius Hostilius*, *Numa Pompilius*, *Tarquinius Priscus*, *Iulius Cæsar*, *Octauianus Augustus*, & similes; hinc virtutum nomina Originem traxêrunt. Nam certum est, primò sub Imperio

Magnanimitas & Prudentia.

Romano, cùm *Germanos*, *Italos*, *Hiſpanos*, *Britannos*, *Gallos*, & maxima Regna ſubiugaſſent, Duces, Comites, & Barones, nondum, quales nunc ſunt fuiſſe, ſed inde poſtmodùm enatos. Per *Tribunos*, & Præfectos, officia gerebantur omnia. Maior erat *Tribunus*, qui proximus ab Imperatore, & ſucceſſor fuerat. *Tribunus* Celerum, exercitus præfectus, leuis armaturæ, atque expeditiſsimę militiæ. Qui cum Cohorte, cuſtodes Cæſaris corporis fuêre, & qui apud *Romanos* poſt Imperatorem primi ordinis fuerunt, hi *Tribuni* Celerum erant, vt olim cum *Romulo* cæteriſque ſex Regibus ſuccedentibus. Magiſtri Equitum apud *Dictatores* æqualem habuêrunt poteſtatem, & apud *Cæſares*, vt pulchrè *L. Feneſtella*, *Pomponius Lætus de Magiſtratibus Romanorum*, item *Flauius Vegetius*, & *Marcus Cicero* de rebus militaribus deſcribunt. *Pomponius* autem *Lætus* ſcribit, *Romulum*, Ducē exercitus quem *Germani* **Hertzogen** appellant, *Tribunum* Celerum vocaſſe. *Saluſtius* in bello *Catilinario*, *Dictatores*, *Imperatores* vocauit.

Magiſter Equitum liberè eligebatur à Dictatore, è Conſularibus, vel Prætorijs.

Fuit præterea apud *Præfectos Prætorij* tanta fides & authoritas, vt ſi ab illorum ſententiâ prouocatum fuiſſet; rurſum à *Cæſare* ad *Præfectos Prætorij* appellarentur. Nam ab *I*mperatoribus, prudentiſsimi, optimi, iuſtiſsimique viri in *Prætorij Præfectos* electi creabantur, quibus fere ſummam totius Reipub. deferre ſolebant. Multa *Præfectis* vrbis & *Prætorij* conceſsit Imperator *Seuerus*. De quibus hîc omnia recenſere ſuperuacaneum. Loquimur hîc tantûm de authoritate Præfecti, quòd & Imperator illi tantum tribuerit, qui ſumma, viua eſt, & ipſiſsima lex, quibus facultas fuit Ciues in exilium relegandi, rurſuſque reſtituendi. Vnde clarè conſtat, Principes, & Populorum Præfectos ius gladij, ſontes plectendi, iuſtitiamque exercendi habuiſſe, quo ſibi ſuiſque magnum poſtea Nobilitatis nomen comparare

viſi

visi sunt: probabileq; est, Principum Ducumque authoritatem, primitùs à Tribunis & *Præfectis* ortam. Qui quidem Principes quo tempore Imperatores *Romani* ex *Germania* & *Italia* in *Græciam* commigrârunt, imperatoriam potestatem sibi ipsis arripuisse leguntur, quâ quidẽ authoritatem & priuilegia regalia, (hodierno etiam die) in Principes atque Duces ab Imperatoribus et Regibus erogata videmus, ita vt electio Principum Ducũque, non ab eorũ subditis (vti Reges eliguntur): sed ab Imperatorum & Regum gratia & benignitate quibus paruêrunt, datiuè accepta refertur. Sæculoque superiori, *Dux*, & *Princeps*, officiorum, non Dignitatum nomina fuerunt. Sicque *Romanorum* temporibus, Reges *Romani*, *Dictatores* & *Consules*, adde etiam & Imperatores, in rerum Ciuilium administratione, viri bellicosi, milites equites, peditesque omnes extitêrunt.

Fuerunt & alia officia vel munia publica, præter hæc Tribunorum et Præfectorum. *Ordinarij* dicti eò quòd ordines in exercitu fecêrunt, et in acie cũ primis cõstiterunt. Illi apud *Augustum*, *Augustales* et *Vespasianum*, *Flauiales* dici solebant. Et *Aquiliferi* in vexillis *Aquilam* ferentes; et *Imaginarij*, vexillum Exercitus cõmunis Populi Romani, Literis S. P. Q. R. (SENATVS. POPVLVS. QVE. ROMANVS.) insignitum, gestantes. Quos nullis aptiùs quèm vexilliferis nostris assimilare poterimus.

Omnia hîc ordine si prosequi vellemus, Tractatus in infinitum excurreret. Iam verò hoc in loco, hoc tantum agimus vt dignitatum atque officiorum Nobilium origines veluti per transennam ostendamus, ne quis eadem conficta omninò et nullâ constare ratione suspicetur. Hæc iterùm obitèr recensentes, vt cum ad nostrã ætatem ventum fuerit, quantum inter se varient Potestates, Dominia, et Nationes, appareat. Nam qui olim

Præfides Regionum, et Terrarum, ſub Imperatoribus, et Regibus conſtituti, nunc facti ſunt hęreditarij: et Nobiles Miniſtri, abſolutè Nobiles exiſtunt.

Ex prædictis interim clariſsimè elucet, quòd genus, ſtirps, et propago Nobilium, in ſæculis ſuperioribus ſola virtute, rebus præclare geſtis, animique fortitudine claruêrunt. Virtute ſane ſepoſitâ, quantum ad naturam humanam omnes filij ſumus *Adæ*. Quapropter ad normã Nobilitatis Theologicæ aut Philoſophicæ (cui Maiores præcipuè incubuêre) de Nobilitate nativa ſine virtute gloriari inane quiddam erat.

« *Nã genus et Proauos et quæ non fecimus ipſi,*
« *Vix ea noſtra voco.* ——

Dicimus ergo, et hortamur, quoniam virtus hæreditate non obuenit, vt quiſque per ſe Nobilis eſſe ſtudeat. Qui alitèr de Nobilitate iactant, virtutis cultores aliena fide vidẽtur tantùm, non ſuâ viuunt, quũ potius ignobiles in aliena virtute exiſtant. Sed inuerſo plerunque rerum ordine, ita nunc ſunt mores. Quid non efficiat adulatio, Principum fauor, et indulgentia?

Parergon.

EX præfatis, de *Nobilitate Politicâ*, antiquitùs apud Gentes, *Roberti Gloueri Amici mei & Auunculi* quale fuerit iudicium ſatis liquet; quàm antehàc *Philoſophi* vt vagum quid-

quiddam (et incertam nimis *Theologi*) nobis depinxêrunt, dum Ciuilia personarum iura omiserint.

Peroptandum sanè est, vt vbique virtutum ornamenta nullis sinè virtute ipsâ deferrentur, quia honoris vti augmentum, sic et authoramentum, non ambitione, sed industriâ comparanda proponuntur. Cæterùm quùm alia res sit *Nobilitas Politica*, cuius variæ sunt origines, eaque eiusmodi, quæ propriam suam, & in vnoquoque originem & excellentiâ constituat; à cæteris, hac solâ differentiâ distinguitur, quòd dum illæ Religioni & virtuti, hæc Gentium consuetudini innitatur.

In quâ prosequendâ, quòd extremam manum non imposuerit, perægrè sanè tuli; multa enim quæ ad rem facerent mihi visa sunt desiderari; nempe, de cuiusuis Regni seorsim, & huius præcipuè Imperij, atque Insulæ, peculiari homines nobilitandi formâ, vt ipsa mihi *Methodus* præ se ferre videbatur. Verum quùm ista *Ipse* per vitam neutiquàm perfecerit; (nam

„ *Abstulit clarum cita mors Achillem.*)

Ne *Veneris* Capite tantùm ab *Appelle* absoluto,

ſoluto, corpore nedum delineato, opus intereà omninò imperfectum aut deforme ſordeſceret: quæ ſequuntur, operæpretium duxi ſuppeditare: quò tandem & inter cæteros, quales etiam apud nos Nobilium ordines, qui ritus, & Nobilitatis faſtigia, quis euehendi modus, paucis & quaſi per tranſennam demonſtrarem; vt intellectâ hinc prius Formâ, ad *Perſonas* deinde ipſas, earumque *Familias*, *Connubia*, *Viciſſitudines*, & *Res geſtas* fructu vberiori, & voluptate multo pleniori, confecto VOLVMINE tandem aliquando (ſi DEO ſic viſum fuerit) fuſiùs & impenſiùs *Lectores* oblectarem.

Si priſca illa atque antiquiſsima Imperij *Romani* tempora cum noſtris contulerimus, nullum in Aulis Principum vetuſtæ illius Nobilitatis veſtigium inueniemus. Si viros Patricios (quos è cœlo quaſi demiſſos *Romani* adorârunt) quæſieris, nuſquàm niſi in Ciuitatibus quęſtum & mercaturam (artes *Romanis* vetitas) exercentes reperies: quorum Nobilitatem, (quamuis ipſi ſua intra mœnia magni æſtimentur) Aulici Nobiles naſo ſolent ſuſpendere adunco. Alioquin ſi libet, ad *Vrbani* Papæ ſeculum te confer, qui *Carolum Ludouici* Regis octaui in *Gallia* filiũ Senatorẽ (ſi Diis placet) *Romanum* conſtituit, quùm potiùs galerâ rubeâ pro ſuo iure ipſum ornaſſet; Comparatio ſanè ridicula ſatis, filij Regis *Galliæ* cum Senatore *Romano*, vti nunc ſe res habent.

Videmus ergo, & quàm poterimus breuitèr perſtringamus,

gamus, postquàm à tantis fastigijs declinare cœperit eius vrbis imperium, quæ à *Pastoribus* primò condita, Domina tandem orbis vniuersi euaserit; quomodo, & quibus gradibus cum illius vicissitudine, Dignitatum sensim atque appellationum Nobilium mutationes secum attraxerit.

Post Imperij *Romani* per *Constantinum Magnum* translationem, tota ea publicarum Dignitatum eminentia, quorum antea diserte satis dictum est, in àliam quandam formam mutata, nouaque passim nobilitandi ratio excogitata videtur. Diuersa quidem videntur in Orientali ab Occidentali fuisse imperio dignitatum nomina, & post conuulsum imperium atque *Constantinopoli* collocatum, Latini Græcis paruisse videntur. Qui enim ab Imperatore ibidem vel sanguinis necessitudine, vel institutione, *Primas* erat, appellatione generali *Despotes*, id est, *Domini* salutabantur, quemadmodum *Monsieur* hodiè apud *Gallos*. Eundem etiam recentiores *Sebaston* appellitare solebant proùt titulos honorarios commenti sunt Imperatores, quibus suos ornarent, & sibi obligarent. Ab Imperatore tertius dignitate fuit *Sebastocrator*, quem & *Cæsar*, quartus, subsequebatur.

Despotes.

Sebastos.

Sebastocrater.

Dum *Imperator Basileus Sebastos* dici solebat, idemque *Cæsar*, vnò eodemque hos omnes titulos obtinente, dignitates officijs, non titulis æstimatæ fuêrunt. Posteà verò dignitatum nomina honoraria, etiam sinè officijs, pro Imperatoris arbitratu disponi cæpêrunt. Aliquandiù item secundus ab Imperatore *Cæsar* est appellatus, vt hodie *Romanorum* Rex in Occidente. Postmodum *Sebastocrator* secundus, et *Cæsar* tertius fuit, quùm *Alexius Commenus Isaacium* fratrem *Sebastocratera* diceret, de quo *Zonaras* fusiùs meminit. Postremò autem *Despotes* factus est Imperatori secundus *Alexius* Paleologus

Cæsar.

logus cui idem *Commenus* Imperator filijs carens *Irenem* primogenitam desponsauit, ipsumque *Despotæ* titulo ornauit, futurũ nempe Imperij hæredem si priùs mortem non obijsset.

Protosebastus. *Panhypersebastus.*

Protosebastus quintum ab Imp. locum gradumque habuit. Tandem et *Panhypersebastus* nomen omnium Augustissimũ esse cæpit: nouæ dignitatis nouus titulus, ab *Alexio Cõmeno* vt *Michaeli Taronitæ* gratificaretur, inuentus. *Eparchus* Præsidum Prouincialium quasi *Coryphæus.* *Contostaulus* Dux fuit Copiarum auxiliarium, quę ex *Gallia*, *Sicilia*, et *Italia* in Oriente stipendia meruêrunt. Vnde et *Magnus Contostaulus*, qui ab *Italis Contotabile* interpretatur, aliâs *Comestabilis* dictus. *Drungarius* Classis, qui in mari præfecturam habuit. Verùm qui exercitui marino imperabat, hunc *Magnum Ducem* dixerunt: ὁ μεγὰς δοὺξ Latinos imitando distinctionis gratia. Nam qui Exercitum terrâ ducebat *Egemon* dictus erat; qui verò mari, *Dux*. Terrestri semper imperabant vel *Imperator* ipse, vel *Despotes*, aut *Sebastocrator*, aut *Cæsar*, aut *Panhypersebastus*. Atque huic, quem *Magnum Ducem* quasi Archithalassium habuêrunt, omnes *Drungarios* classis, *Amirallios*, *Proto-Comites*, ipsumque *Magnum Drungarium* subiecerunt. Cui item in Copijs naualibus statuam imperatoris Equestrem, quàm *Contum* dixerunt, præferri ordinârunt; *Logothetã Magnum*, quẽ hodiè *Cancellariũ* dicimus; *Logariastẽ*, quẽ *Galli Controlleur* appellant; et *Protostratorem*, exercitus scilicet Marischallum. *Primicerios* item et *Primaugustos* alioque id genus quamplurimos sciens prætereo, ne omnia proquendo sermo in infinitũ excurreret. Dignitates cunctis honorariæ, vt plurimum non tam Ministerij aut Ordinis necessitate, quàm Imperatorum gratiâ et ἐυεργεσίαις factæ.

Drungarius.

Mega-Dux. *Egemon.*

Magnus Logothetа. *Logariastes.* *Protostrator.*

Primicerius. *Primaugustus.*

Dum imperatoribus *Constantinopoli* imperij sedem

sic

sic visum est constituere (vbi iam absorpta à *Turcis* cuncta iacent) Occidentem Legionibus nudatum, et propugnaculis tantùm munitum, Barbarorum immanitati et incursionibus obnoxium indefensumq; reliquêrunt, é cuius postmodum occasu tandem etiam & Orientalis ruina manauit. *Italia* tunc temporis & *Africa* per *Exarchos*, *Toparchos*, *Comarchos*, *Cartbularios*, *Spatbarios*, *Gustaldos*, & *Catapanos* gubernata fuit. Vbi demùm *Narses* Eunuchus, *Patricius Romanus* à *Iustino* Imperatore gubernator institutus, *Consulares*, *Præsides* & *Correctores* introduxit. Sed posteaquam ipse *Narses Sophiæ* Imperatricis iniurijs & contumelijs lacessitus *Longobardos* (irâ accensus) è *Pannonia* illùc euocasset, cœptum est de titulis honorarijs, & dignitatum Nominibus sensim variari.

Exarchus.
Toparchus.
Comarchus.
Cartbularius.
Spatbarius.
Catapanus.
Gustaldus.
Consulares.
Præsides.
Correctores.

Nam mortuo *Narsete*, *Longinius*, item Patricius *Romanus*, eius loco gubernator, vel *Exarcha*, ab eodem Imperatore in *Italia* suffectus, ad repellendos *Longobardos* paulò antè à *Narsete* euocatos, et iam venturos, per prouincias, *Duces* (*Constantini* forsan *Augusti* vestigia imitando, qui legibus cauisse dicitur, vt agri atque Oppida *Ducibus*, *Comitibus*, et *Tribunis Emeritis* assignarentur) instituit. Hùc spectant ipsius *Guicciardini* verba, quæ hîc etiam subnectere visum est.

Imperij (inquit) *Constantinopolim* trãslatione, ad *Romanorũ* Pontificum potentiam via patefacta fuit, nam indiès magis magisque Imperatorum authoritate (tum ex illorum absentiâ continuâ, tum quòd in Oriente bellis distinerentur) in *Italia* debilitatâ; populo paulatim desciscente, captâ demum pluries à *Vandalis* & *Gothis* & direptâ *Roma*, Imperatorum in *Italia* authoritas euanescere cæpit. Sed expulsis tandem aliquando Cæsarum armis ex *Italia* Barbaris, per Græcos iterum cœptum est Magistratus gubernari, (quorum qui cæteris imperabat, *Hexarchus*,

Ex fragmentis magnæ Italiæ Guicciard. Historiæ Pontificum mãdato excusis.

"
"
"
"
"
"
"

" *Hexarchus* appellatus est, sedemque *Rauennæ* tenuit)
" qui reliquis *Italiæ* vrbibus imponebant *Præfectos*,
" quos *Duces* nominabant. Hinc *Rauennatis Hexarchatus*
" Nomen, quo omnia comprehendebantur quæ propri-
" os *Duces* non habebant, sed vno *Hexarcho* obtempera-
" bant. Haud multò post à *Longobardis* insignis rerum
" mutatio est consecuta. Nam *Longobardi*, *Gens* ferociſsi-
" ma, in *Italiam* ingressi, *Galliam Cisalpinam* occupârunt;
" à quibus & nomen habet. Adiecerunt etiam *Rauennam*
" cum *Hexarchatu* vniuerso, alias præterea multas *Italiæ*
" partes, armis *Picenum* vsque *Spoletum* & *Beneuentum*
" prolatis, quibus & *Duces* à se dictos imperare iusserunt,
&c. *Longobardi* itaq; tandem per *Italiam* longè grassantes, vrbē deniq; Romā cū 30. *Ducibus* frustrà tentârunt, sicque fit vt neglectis pro militiæ more prioris Imperij dignitatum titulis, ab Exercituum Præfectis, *Ducibus*, *Comitibus* & *Principibus* cæpta sunt omnia administrari.

Duces.
Præfecti.
Comites.
Principes.

Hos demùm *Carolus Magnus*, *Pipini* Francorum Regis filius, à *Romanis* in *Italiam* accersitus, captâ *Ticino* vrbe, *Insubrium* Metropoli, & *Desiderio* (è *Comite-Stabuli* in Regem *Italiæ* euecto) ibidem occiso, profligauit, et subegit: & Imperator subinde Occidentalis Imperij omnium suffragijs eligitur. Qui ipsum imperium vti *Francicū-Romanum* appellari voluit: ita in ipso primordio hæreditarium reddere statuit, & Magnates & Honorarijs titulis insignitos, liberos constituit, vnique tantum Regi aut Imperatori *Feudatarios* iureiurando obstrinxit, quòd si fortè à fide excidissent, aut sine liberis discederent, dignitates alijs transferandas ordinauit, eaque ordinatio *Inuestitura* dicta fuit. Regni limites atq; oppida *Comitibus* administranda commisit. Limites *Marchias* vocârunt, vnde limitum Præfecti *Marchiarum Comites* ac demum *Marchiones* dici cœperint. Quosque ipse ad iura reddenda & populos in fide continendos,

Imperiū fit Francicum Romanum.

Feudorum origo.

Inuestitura.

Marchiones.

in

in Prouincijs collocauit, *Missi* aut Imperatoris *Legati* vocati sunt. Quos verò Populi ad iura moderanda & Ciuitates regendas sibipsis posteà creârunt, *Consules*, duo aut plures fuerũt, ex antiquâ *Romanæ* Reipub. consuetudine sumpti.

Missi.
Legati.

Consules.

Hijs auspicijs, à *Carolo Magno* Imperium *Francicum-Romanum* effectum, suis relinquitur penè hæreditarium; quod etiam breui sub *Carolo Crasso* Imperatore, (*Caroli Magni* Abnepote & *Germaniæ* priùs Rege) à *Francis* ad *Germanos* est diuolutum. Cui etiam (paucis interlabentibus annis) *Otto Magnus*, *Germaniæ* Rex, idemque Imperator successit. Qui vestigijs *Caroli Magni* insistens, illius auspicijs in dignitatibus disponendis tantam perfectionem adhibuit, vt non tam Cognomine rerumque illustrium magnitudine, cum potentissimo Imperatore comparandus, quàm posteris ob leges salutiferas, et instituta heroica, iure perpetuò commemorãdus. Hic enim, antiquo *Longobardorum* et Francorum more, fortissimũ quemq; militiæ suæ ascribens, qui sibi strenuâ et fidelẽ operâ nauâssent, Regalibus insigniuit: (erant autem Regalia, dignitates omnes, Prædia, et Præfecturæ Prouinciarum) quæ benè meritis ad arbitrium concessit. Iamque de titulis et dignitatibus planiùs cœptum est distingui. Nam *Ducum Comitumq;* (apud veteres Romanos, nuda munerum personalium nomina) alias consuetudines admisêrunt, et *Ducem* (primò ex virtutibus rebusque gestis electum) nunc ex *Ducatu*, *Marchionem* â *Marchia*, *Comitẽ* â *Comitatu* indigitare cœpêrunt. Qui à Rege quopiam, *Duce*, *Marchione*, vel *Comite* plebem habuit, *Capitaneus* dictus erat, qui autem à Capitaneis, *Valuasores*. Quique â *Valuasoribus*, *Valuasini* dicebantur. Vnde nouâ hac Nobilitatis politicæ origine, longè latèq; per imperij Regna propagatâ, ij demum ritè nobiles pro vniuscuiusque loci consuetudine,

Imperium Germanicum effectum.

Regalia.

Ducatus.
Comitatus.
Marchionatus.

Capitaneus.

Valuasores.
Valuasini.

ſolique iudicabantur, qui aut ipſi, aut eorum Maiores, his aut huiuſmodi priuilegijs honeſtati viuerent.

Hæc ſunt quæ de Dignitatum titulis, pro Temporis viciſsitudine, apud Authores probatiſsimos legimus. In quibus autem recenſendis hoc præcipuè notatu dignũ duximus, quòd è Caſtris omnes (ſaltèm eminentiores) Nobilitatis riuuli exiêrunt. Quos nunc antequàm cum Noſtris contulerimus, vniuſcuiuſque originem diſtinctis claſsibus ſeriatim percurrere non pigebit.

Principes. Et principio, *Principes* (quos hodiè tanti facimus vbiuis Gentium) in Caſtris dicebantur, qui in principijs locati militabant, viribus & ætate potiores. Quique haſtatos quindecim manipulis diſtincti ſequebantur, illis velut in ſubſidijs poſiti, vt ſi prælio commiſſo haſtati pedem referrent, ad ipſos *Principes*, veluti ad grauioris militiæ viros tutò confugerent. Vnde *Caſtra principalia*, & *Porta principalis*, vbi *Principes* Ordines diſponere ſolebant, apud *Liuium* occurrit.

Poſt *Auguſtum* Imperatorem; quj rebus *Romanis*, nomine Imperatoris præfuêrunt, *Principes Senatus* dicebantur. Deinde Principatum dignitatem eſſe voluit Imperator Regiæ proximam. Apud Antiquos *Saxones* Ædelings & nobis *Clytones* dicti: Nomen nunc quaſi generale multis multifariè attributum, omnes ſimul & ſeriatim dignitates maiores complectens: immo alicubi pro locorum conſuetudine Ducibus & Comitibus inferius.

Duces. *Duces* à *Ducendo*, quaſi *Ductores*, nomina ſunt mutuati, quòd præcedendo ſequentes *Ducant*, vnde *Ducere* bellum pro *Gerere* legimus. *Hij bellum aſsidue ducunt cum gente Latina.* Et qui *Duces* exercitibus præfuêrunt, Conſularibus inſignijs vti ſolebant, vnde, *Ducatus* aliâs Regionem cui Dux dominabatur, aliâs præfecturam & imperium militare denotabat. Quibus, etiam ob res bello

bello ſtrenuè & pręclarè geſtas, ornamenta quandoque triumphalia donabantur. Apud antiquos *Germanos*, Duci exercitus duodecim aſsignabantur Comites, qui ipſum comitarentur.

Marchiones, à iuris dictione quadam certo loco diſtrictâ dicebantur. Qui Limites alicuius aut Littoris præfecturam habuit, *Marchio* vocantur. *Marchio* item, Regni vel Regis Capitaneus aliquando dictus; & qui ab ijſdem feuda accipiebant, propriè Regni vel Regis *Valuaſores* habebantur, velut ad *Valuas* Regni cum Capitaneis ſtantes. Alij ſunt qui à *Marca* (dictione *Celtica*) *Marchionem* deriuare conantur. Vnde *Marchare* pro equitare Gallicè, & *Marcomanos* deducunt equitatu populum præcellentem. *Marchio.*

Comitum, vt varia genera, ſic multiplices ordines apud priſcos leguntur, quales inter cœtera *Comites Sacri palatij*, & *Archiatri*, *Comiteſq; ſtabuli*. *Deſiderius* enim è *Comite ſtabuli* à *Longobardis* in Regem *Italiæ* electus & inſtitutus eſt, & à *Carolo Magno* occiditur: & aliâs legitur, *Burchardum Comitem ſtabuli* cum claſſe *Corſicam* miſit. *Comites* item *Militum*, quorum duos ſemper in Oriente conſiſtere voluerunt *Romani*, et inde *Comites Orientis* quandoque dicti. *Comites* denique *Prouinciarum*, quales *Hiſpaniarum*, *Britanniæ*, et *Littoris Saxonici* per Britanniam. *Comes.*

Guſtaldus per *Italiam*, et *Comes* olim ijdem fuiſſe videntur, ſunt etiam qui *Comitem Comarchum* appellatum credunt.

Vicecomitis nomen originem prodit haud ambiguam. Cui enim *Comes*, iuriſdictionis ſuæ authoritatẽ in Caſtris committebat, *Vicecomes* fuit. Vti *Proconſul* olim et *Proconſulis Vicarius*. *Vicecomes.*

Barones vnde dicti nondum liquidò conſtat: *Romanis* quoad dignitatem penitùs ignoti, quamuis dictionem *Baro.*

" *Latinam* asserant ex illo *Ciceronis* ad *Atticum*. Apud *Pa-*
" *tronem* reliquosque *Barones* te in maxima gratia posuit.

Alij βαρῦς Græcum obtrudant quòd *Graue* sonet. Vtcunque fit, pro viris fortibus habiti sunt *Barones*, si *Bracloni* nostro iurisperitissimo credendum, qui *Barones*
" robora belli dici voluit. Et à *Baldo*, Summæ, mediæ, at-
" que infimæ coercionis authoritatem à Principe concessam habens definitur. Sed hæc hactenùs, fusiùs de ijsdem posteà dicturi.

Iam propiùs accedamus, antiqua recentioribus conferendo, quò prisca illa huic nostro sæculo accommodando, tam Nominũ, quàm Dignitatũ ratio constet.

Vt à *Turcis*, *Græcorum*, ita & *Occidentalium* à *Pontificum Romanorum* artibus, et ambitione, Imperium convulsum, et fractum fuit. Quod, quantum fuerit, ipsa iam vix rudera docent. Cuius tamen Maiestatis à Septemuiris (*Germanis* **Churfürsten**) ad orbis Christiani ornamentum, sustinetur. Septemuiratum *Germaniæ* instituit *Otho* III. *Cæsar*, et *Gregorius* V. Pontifex. 960. Quibus posteà *Carolus* IIII. Imperator, pignori obstrinxit Imperij vectigalia; (Electori cuique centum promissis nummûm aureorum millibus) vt *VVenceslaum* filium, Imperij designarent hæredem. Pecuniâ non numeratâ factum est, vt quòd bellorum vsibus addictũ fuit, *Romanæ* Reipublicæ patrimonium (eamque ob causam duntaxat alienationi subiectum) priuatim in singulos illos distribueretur. Ex quo posteà Imperij potestas ad nihilum penè redacta est, omnia retinentibus septemuiris *Germaniæ*, *Cesareq*; iureiurãdo adigentibus ne pignora reuocarent.

Labente Imperio Nobilitas *passim alias cõsuetudines*, & *Nomina contraxit.*

Septemuiri. circa an. 960. in Germania primo instituti.

Reges, quibus gratum fuit alieno Imperio liberari, constituêre sibi Monarchias.

Qui autem in Amplissimis Regnis secundum post Reges Regumque filios locum obtinent, *Duces* vocantur,

Dux.

tur, ad formam Exercitus imperatoris. *Archiducis* Titulus vnicus *Austriæ* est, à *Frederico* Imperatore, ad ornandum *Philippum* nepotem (*Ioannam Hispaniæ* hæredem in vxorem ducturum) inuentus. *Archidux.*

Vaynoda in *Transiluania* et *Valachia* tantum dignitatis est titulus. Præterea et *Doge Venetorum*, qui etiam *Dux* dicitur. *Vaynoda. Doge.*

Et quemadmodum bello, *Ducibus* assignabantur *Comites*, sic hodierni *Comites*, dignitate *Duces* proximè sequi videntur. *Comes.*

Marchio namque hodiè nihil aliud propriâ suâ significatione est, quàm *Comes limitaneus*, qui *Germanico* idiomate significatiùs **Wartgraue** nominatur, apud quos Comes dicitur **Graf**. Vnde **Pfaltzgraue**, **Landsgraue**, **Wartgraue**, **Rheingraue**, **Burghgraue**, id est, *Comes Palatinus*, *Comes Prouinciæ*, *Comitis Limitis*, *Comes Rheni*, *Comes Arcis*, vel *Præsidij*. Pro varia tamen consuetudine locorum, *Comitibus Marchiones* alicubi præferuntur, et præcedunt. *Marchio.*

Vicecomitis originem ipsa nominis Etymologia docuit. *Vicecomes.*

¶ *Barones* etiam vbiuis pro dignitate gradus, potentiæ, et grauitatis, honorifici habentur. Habet et *Gallia Prodominos* suos peculiares quatuor tantũ, quos *Vidames* appellant. *Carnutensẽ* scilicet, *Cathalaunensẽ*, *Ambianensẽ* et *Gerberianum*. Sic formis nouis, Nomina antiqua imponere pro locorum consuetudine libitum est. Nihil tam integrè vbiuis Gentium retinetur, quàm Populi diuisio antiqua et generalis in *Nobiles* et *Ignobiles* cum quadam *Ignobilium* differentiâ, quemadmodum et *Nobilium*. *Baro.* *Vidamus.* *Nobiles.* *Ignobiles.*

Qui autem actibus minimè laborioſis victum quæritant, qui, ingenio, rei militaris peritiâ, eruditione, fortunis, aut virtute præstant; hij (vt olim *Romanis* Equi- *Nobilitatis Seminarium.*

tes Senatorum) istis temporibus Nobilium quasi Seminaria: sunt plerique etiam, à Iurispiritis, & Mercatoribus illustres exiêrunt: Cæterùm quantumuis Plebeiorum alij sunt alijs inter se magis conspicui, sunt tamen respectu Nobilium paritèr omnes ignobiles; vt æquè omnes liberi homines sunt Nobiles, qui non sunt Plebeij, iuxta Prouerbium *Gallicum*. Ie suis Gentilhomme comme le Roy, &, la foy de Gentilhomme.

Plebeij ignobiles.

Ingenui id est liberi homines.

Sciendum tamen est, in Nobilitate Politicâ, vt in cæteris rebus, antiquitatem et functiones eminentiores habere suam existimationem. Hinc illæ distinctiones Nobilitatis *Nominatæ*, & *Innominatæ*, vt mihi placet: et *Maioris*, & *Minoris*, aut alijs visum est. Nobilitatem *Nominatam* voco *Titulis* & *Feudis* insignitam successione hæreditariâ. Vt *Rex* à *Regno*, *Dux* à *Ducatu*, *Comes* à *Comitatu*, *Baro* à *Baronatu* denominatus, qui etiam *Nobiles Maiores* dici poterint, quamuis minùs proprié, quòd illa distinctio Optimates omnes, & Magistratus supremos (ad vitam tantùm, vel ad libitum collatos) promiscuè cõplectitur. Reliqui sub *Baronibus Nobiles Innominati* aut *Minores* dici possunt.

Nobilitatis differentiæ.

Nominata & Innominata.
Maior & Minor.

Sunt tamen ex eisdem, qui Nobilitatem nominatam habere videntur: quamuis non in eadem classe locandi, vt sunt *Equites Aurati* & *Armigeri*, sed qui Tituli Equestris Ordinis, et Armigeratus non sunt hæreditarij, inter minores nobiles annumerantur.

In quibusdam Italiæ locis Equites sunt hæreditarij.
Multi vbiuis etiam Armigeri nascuntur.

Galli intereà, simul & nos *Angli* notioribus vocabulis Maiores à minoribus meliùs discernimus, non tamen sinè iniuria quadam Latino sermoni illata, à quo nostram deriuamus. Quis enim nescit Latinum vocabulum (*Nobilem*) comprehendere supra plebeiam conditionem promiscuè omnes? quæ *Gallice* aut *Anglice* redditur (*Noble*,) Quo vocabulo *Anglorum* vulgus, neminem infra *Baronum* dignitatem denotat.

Nobiles quid apud Gallos & Anglos significet.

Reliqui

Reliqui ſub *Baronibus*, *Gallice* **Gentilzhommes** *Anglice* **Gentlemen** appellantur. Quorum qui neque *Equites Aurati* nec *Armigeri* ſunt, Nobiles ſimplices **Gentilzhommes ſimples** dicimus. Quanquã fieri poteſt, vt iſtorum etiam aliqui plures generis imagines poſſint proferre, altioraque ſtemmata diducere, quã dignitate magis conſpicui, aut ipſe *Cæſar*.

Nobiles quomodo diſtinguendi.

Quapropter Nobilitate Politicâ ſimpliciter intellectâ, haud ſunt iſti Nobiles ſimplices ipſis Principibus inferiores, ſed dignitate plurimùm. Nam Tituli *Regum*, *Ducum*, *Marchionum*, *Comitum*, & *Baronum*, ſunt quaſi munerum honoratiſsimorum nomina, & ratione, huiuſmodi acceſsionum, alius alio clarior & nobilior euadit.

Tranſitio ad Nobilitatem Anglicam.

Hæc aliquanto fuſiùs & in genere dicta, ad particulares apud nos gradus viam ſtruere videntur. Ordinum autem diuiſio quàm ritè fert *Anglica* noſtra Reſpublica & Imperium, ab alijs aliâs eruditè demonſtrata, mihi valde placet. Qui eandem in *Regem*, *Nobiles Maiores*, & *Minores*, *Ciues*, *Ingenuos*, atque *Opifices*, diſtribuêrunt. Verùm quùm de Nobilium duntaxat gradibus mihi dicendum propoſuerim, nec Operis inſtitutum vlteriùs ferat; De Regibus tantùm & Nobilibus præcipuè (*Nominatis*) quos *Pares* Regni, Communes Reipublicæ Patres, & vno denique nomine *Magnates* aut *Proceres* appellare libet, tractare decreui.

In tantis tamen rerum conuerſionibus, exterarumque Gentium inundatione, quibus à primâ eius incolatu, Inſula hæc noſtra ſæpius conculcata, & diu afflictiſsima ſtetit: quæ fuerint ab initio Nobilium noſtrorum appellationes, dignitatumque gradus, ſeriâ oratione perſcribere difficillimum planè videtur.

De quibus ſanè (vt ingenuè fatear) cum mihi minùs ipſe ſatisfecerim, præproperâ confidentiâ multum affir-

mare non audeo: præsertìm quùm hîc, vti et aliâs, victores semper non tam Populos sibi subactos opprimere, quàm mores innouare, legesq; abrogare in primis studuerint: Cûm ita à natura comparatum sit vt eodem quo Regna fato obruantur, Gentes etiam ipsę et familiæ concidant.

Romani namque primò *Britannos* indigenas subiugando, cuncta passìm Legionibus suis prosternere conati sunt.

In *Galliam* post annos plùs minùs quingentos transvectis iterum *Romanis*, *Saxones* siue *Anglo-Saxones* in auxilium à *Britannis* euocati, in hospites bella conflârunt, eosque auitis sedibus penitùs exuêrunt, & *Angliæ* nomen Regno primi imposuêrunt. Hos etiam aliquandiù *Dani* Regno deturbarunt. Tandem quùm sub *Edwardo Confessore*, rege sanctissimo et *Anglosaxonicæ* prosapiæ vltimo, Regnum velut respirare incæperit; ipso statìm sinè sobole extincto, *Normanis* transfretandi ansam præbuit. Qui tandem (deuicto *Haraldo* renitente) rerum potiti, exclusis hæreditate auitâ *Anglis*, prædia et agros vbiuis Comitibus et Commilitonibus suis assignare et *Normanicas* inducere consuetudines cœpêrunt.

* Extant tamen nonnulla in chartis antiquissimis in ipsa *Anglo-Saxonum* Regum *Heptarchia*, de ijs qui *Cestriæ*, *Leicestriæ* et *Lincolniæ* agris *Satrapis* pręfuêre, quos *Duces* etiam et *Comites Merciorum* indiscriminatìm appellari legimus. Habuêrunt et *Dani* suos *Heretochios* et *Heretochiorum* principes, Et regnante etiamnum *Edwardo* Rege et *Confessore Normannorum* aduentui proximo, in Chartis et monumentis Ecclesiarum occurrunt Edelings, *Clytones*, *Aldermanni*, *Consules*, Eoples, *Palatini*, *Duces*, *Patricij*, *Stalheri*, *Thayni*, *Theot-thayni*, *Ministri*, *atq; Principes*. Magnâ tamen Nominum atque

* *Extant Castrũ et tumulus in Septemtrionibus* VVaadi *cuiusdam Saxonici Ducis inter duo saxa solida vndecim pedibus distantia.*
Tumulo Ailwini *in Abbatia* Ramsiensi: *An.959.inscribitur.* Hic requiescit Ailwinus inclyti regis Ædgari Cognatus, totius Angliæ Aldermanus, & huius Cænobij miraculosus fundator. *Carta* Ædelredi *Regis. D. CCCCXC.* Ego Adelstan Clyto. Ego Vctred Comes. Ego Eadric Patricius.

atque appellationum inconſtantiâ. Nam quos *Comites* legeris, *Duces* item appellari aliâs vno eodemque tempore deprehendas. *Clyto* autem primò Regis primogenitum, deinde omnes Regio ſanguine prognatos denotabat. *Comes* et *Conſul* idem ſignificabant, â *Comitatu* et *Conſulendo* diſtincti. *Stalberus* et *Regiæ-Domus-Præfectus* vnum fuiſſe ex chartis diuerſis conſtat. *Patricij* et *Thaini*, melioris notæ Nobiles fuêrunt, et hodiernis *Baronibus* æquales propè dixerim. *Miniſtri* et *Principes* qui in Chartis infimi teſtes adhibentur, ſynonima videntur & homines illuſtres æquè deſignant, ſed cuius honoris aut Nobilitatis gradus fuerint, planè ignoratur. Neque iſta vnà cum victoria ſtatim immutata à *Gulielmo Normanno* videntur: nam, quos in Charta ſuâ *Edwardus Rex* et *Confeſſor* de priuilegijs *Abbathiæ* de *VValtham*, 1062. conceſsis, teſtes adhibet, nomine *Comitum*, (quos non ita pridem *Duces* appellauerat) *Palatinorum*, *Aulæ Procuratorum*, *Camerariorum*, et *Principum*, ipſe *Normannus*, ſecundo poſt partam victoriam anno, in Charta ſuâ eidem *Abbathiæ* confirmatoriâ iiſdem appellationibus teſtes item facit.

Cæterùm quùm iam Regnum tutò ſibi confirmaſſet, Comites quos ipſe Regio ſuo Diplomate Comitatibus et agris donauerat, Tituli Comitatus adiectione, diſtingui cœpêrunt. Vt Teſte *Alano*, Comite *Richmondiæ*; Teſte *Hugone* Comite *Ceſtriæ*; Teſte *Rogero* Comite *Salopiæ* et *Arondelliæ*.

Itaque *Anglo-Saxonibus* paulatìm aut ſinè ſobole extinctis aut oppreſsis aut in exilium eiectis, vitamq; aliò degentibus, ad *Normannicam* rationem ità cuncta inſtituta ſunt, vt ex hodiernâ Nobilitate, antiquiſsimorum illorum *Saxonicorum* ſtemmatum non ſit qui vel tantillum ſpirare queat.

Hæc Heroüm antiquorum et Nobilitatis a *Gulielmo*

Comes à *Comitatu*, Conſul à *conſulendo*. Bracton.

Milo *quandoque* Conſul Glouceſtrię, *itemque* Comes *dicitur*.

Gulielm. Conſul Glouceſtrię *pro ſalute animæ meæ & pro ſalute animæ* Roberti *Conſulis* Glouc. *patris mei dedi, &c.*

Iohannes Comes Moren *confirmaui Chartam quam* Guliel. Com. Glouc. *&c.*

mo primo Rege fundamenta iacta, â ſuis ſubindè ſucceſſoribus pro varijs temporum atque rerum rationibus ſenſim continuata & aucta; regnantibus tandem *Henrico* III. & *Edwardo* I. Regibus, fulgere cœpit. Siquidē qui debellatis iam vicinis *VVallenſibus*, & cum *Scotis* cōtiguis de Principatu & Domino ſuperiori contendentes, omnia ad Rempublicam ſpectantia, cum tribus Regni Claſsibus (qui ex Nobilibus nimirum, Religioſis, & Populo conſtabant) pro Maieſtrate regali Ipſi in *Parlamentis* ſedentes, tractando; vnicuique pro dignitatis loco præeminentiam aſsignabant: â quibus præcipuè omnes noſtri ſæculi Nobiles, dignitatum gradus diſtinctos & conſtitutos deriuare videntur.

Rex.

Rex itaque qui apud nos & *Monarcha* dici poteſt, Supremam poteſtatem habens, tantæ Majeſtatis eſt, vt præter Deum ſolum, ſuperiorem habeat nullum. Ab æquitate & Iuſtitiâ laudem ſibi quærens, Leges à tribus regni Claſsibus conceptas (vbi aliquid paulò grauius de ſalute aut dignitate publicâ ſtatuendum eſt) nouas aut ſancit aut antiquas abrogat. Omnis Imperij clientelæ liber, Diademate regali, cum ſacris patriâ ſolemnitate inſignitus, â ſuis inauguratur. Quem tantâ poſteà bello paceque obſeruantiâ colimus, vt quos velit ſuâ ſolius εὐνοίᾳ (quia omnis ipſe Nobilitatis Fons) Magiſtratibus, Dignitatibus, Honore, Nobilitate & Fortunis beare ſoleat.

Princeps VValliæ.

Inter Magnates ſiue Proceres Regni; *Princeps* primatum tenet. Qui & vnicus ſemper et ſolus. Regis enim filius natu maximus, Regnìue hæres cenſendus eſt, & *Principis VValliæ* titulo longo tempore exornatus. Olim filij Regum ante *Normannorum* aduentum Ædelings i. *Clytones* (quaſi præ cæteris *Inclyti*) appellari ſolebant. Vt *Edgarus Clyto*, *Aluredus Clyto* &c. Iidem nunc ſunt Principes noſtri *VValliæ* ac *Cæſares deſignati* apud antiquos

quos *Romanos*, quasi dicas *Augustæ Maiestatis hæredes*. Vnde & hodiè *Romanorum Regem Cæsarem* futurum designant *Germani*; *Galli*, *Delphinum* nominant: at *Hispani* nobiscum, mortuo parente rege, regnum adepturum *Principem* atque *Infantem* vocant.

Primus hoc nomine salutatus post aduentum *Normannicum*, fuit *Edwardus*, *Henrici* tertij Regis primogenitus. Qui & Principatum *VValliæ*, post debellatum ibidem *Leolinum* (mortuo *Henrico* patre) *Angliæ* Regno primus adunauit. Cui etiam mortuo *Iohanne Scoto Cestriæ* Comite sinè hærede masculo (sororibus dicti Comitis alijs terris & redditibus assignatis) Comitatum eundem Pater Rex dederat. Tandem *Edwardus* tertius Rex *Edwardo* filio suo primogenito militari laude cumulatissimo *VValliæ* iam Principi & *Cestræ* Comiti, *Cornubiæ* quoq; Comitatum (quem tunc in Ducatum erexerat) contulit. Sicque fit vt in posterum, Regum nostrorum Natu maximi, aut hæredes, *Principes VValliæ & Cestriæ Comites*, (cum Comitatu *Flint* qui ad dignitatem gladij Comitatus *Cestriæ* pertinet) Diplomate regio, multâ plenis Comitijs solemnitate, creabãtur. Duces autem *Cornubiæ* ab ipsâ natiuitatis horâ salutantur.

Qui post Principes *VValliæ* Proceres habentur, *Duces*, *Marchiones*, *Comites*, *Viceomites*, & *Barones* appellamus, quibus etiam haud temerè feciſſe videar, si & ordinis nostri longè honoratissimi, â *Garterio* vel *Pericelide* dicti, *Equitum* illustre *Sodalitium* præfecerim, quippe quod Equites auratos & nobiles quandoque minores virtute vel strenuitate præ cæteris conspicuos, non solum Optimatibus domi, sed & Regibus & Imperatoribus penè pares reddat. Sed de illis aliâs seorsim dicendum est.

Hos inquam omnes, initio Exercituum, Prouinciarum

rum aut Comitatuum Præfectos extitiſſe dictum eſt. Poſtmodùm, ad arbitrium Imperatorum & ad vitam impartiri. Tandem etiam feudis muniti perpetuitatem quandam hæreditariam obtinuiſſe videmus. *Dux* itaque qui olim quaſi Regni *Comeſtabilis* & cuius in Exercitu regio ducendo belli munus præcipuum fuit, nunc feudis inſignitus et à Rege ſemel authoratus, titulus eſt hæreditarius. Reges noſtri *Normannico* ſanguine nati, quandiu ipſi *Normanniæ* Duces erant, nullos hoc titulo ornârunt ante *Edouardum* tertium, qui *Cornubiæ* Comitatum (vt præfertur) in Ducatũ primus omnium euexit. Cuius exemplo plurimi ſubinde Duces hæreditarij à Regibus noſtris perinde creati ſunt, quâuis hodiè nullos habeamus.

Dux.

Poſt Duces ordine ſequuntur *Marchiones*. Qui *Limitanei* olim, *Præfecti*, vel *Præpoſiti* dicebantur. Titulus nobis ante *Ricardi* II. Regis ſæculum penitus ignotus. Vtpote qui *Robertum Vere*, *Oxoniæ* Comitem, (delicias ſuas) *Marchionem Dubliniæ* (*Hiberniæ Metropolis*) anno regni ſui decimo, regio Diplomate primus creauit. Quo exemplo creationes alij plures deinde hæreditario iure obtinuêrunt.

Marchio.

De *Comitis* vel Etymologiâ vel apud Antiquos officio aliâs quædam perſtrinxi, & alijs fuſiùs diſſerendum relinquo. Semper apud nos *Comites* ſũmæ tũ authoritatis cũ dignitatis fuêrũt, atq; *Marchionibus Ducibuſq;* multo antiquores, hæreditarij item & ſucceſſorij. Nec obſtat quo minùs *Comes* Comitatus alicuius aut loci vocetur, vnde nihil emolumenti hauriat, aut iuriſdictionis ibidẽ teneat. Olim ſanè feudales fuiſſe, & tertio denario prouentus Prouinciæ illius vnde Comites dicebantur, donatos, in Chartis antiquis proditum eſt. Nobis tamen nunc mos eſt vt Comitatuum tituli arbitratu Regum etiam ſinè locorum poſſeſsione conferantur, quibus Rex

Comes.

in

in tertij denarij loco, è *Fisco* vel vectigalibus quandam pecuniæ summam quotannis recipiendam assignare solet. Vt posteà susiùs etiam dicturi sumus.

Vicecomes.

De *Vicecomitis* apud Nos origine, non est quòd longè petam, quùm ante *Henrici* VI. regis tempora nullos habuerimus. Ipse nempe *Ioannem de Bello-monte* anno regni sui XVIII. *Vicecomitẽ* creauit. Vnde hodiè quòd antiquitùs officij fuit, nunc mediũ quoddã dignitatis Nomẽ inter *Comitem* & *Baronem* veluti *Marchionem* inter *Ducem* & *Comitem* agnoscimus. Inuestituram etiam (vt cœteri) statis ceremonijs à Regibus obtinet.

Baro.

Vltimi iam prodeunt tam ordine quàm speciatim dignitate *Barones*, quorum coniunctim & cum cæteris collata potentia, in magnis Reipub. negotijs maxima semper euasit. De quorum tamen origine dubiè fluctuat ipsa veritas. *Lucas de Penna* in *L. fi. C.* de mancipijs. *Libro* 16. ait. Quòd Reges quùm plures haberent filios nec omnes Reges posse fieri (quod regnum diuidi nequeat) prospicerent; ampla cuique donabant castra cum iurisdictione & Imperio, vnde *Barones* dicerentur, id est, filij alijs excelsiores. Alij *Baronem* à βαρῦς *Græce* grauitatem denotante deriuari volunt. Sed si coniecturis decertare liceat, cuiusdam multæ lectionis hominis, doctissimiq; curiosum ingeniũ & iudiciũ subtexere visum est, qui potentiam & authoritatem *Baronum* animaduertens: Gentium fuisse initio post conuulsum Imperium incertis sedibus vagantium *Duces* aut *Conductores* auguratur. Terrasque vi aut veniâ acquisitas æquâ lance diuidentes, lege velut tutelariâ gentem beneficiariam et cuiusque iurisdictioni subiectam, aut mero imperio seorsim *Nomarchi*, aut sub Principe communi gubernâsse opinatur. (Vnde forsàn summæ, mediæ atque infimæ coercionis hominem *Baldus Baronem* dixerit.) Qui autem sic authoritate & potentiâ quodãmmodo

patres & æquales erant *Pares homines* prius dicti, *Gallis* & *Italis* contractiùs loquentibus *Parhommes*, et *Parhuomini*: inde *Baroni* & **Barons**, dici poterunt, facile enim *B.* pro *P.* molliori prolatione in dictionibus admittunt. Ad maiorem huic rei fidem faciendam, variorum idiomatûm vim subnectit; Quos enim *Galli* abinitio *Barons*, nos eodem sensu olim *Thaini* & hodiè **Lordes** *Anglice* appellamus; *Germani* quasi per periphrasin **Free-Heren** aptiùs describût, quod nobis vtiq; **Free-Lordes** seriò sonat, Dominus scilicet iurisdictionibus & Territorijs liberis perfruentes. Sed vnde Nomen hoc ipsum **Lord** (quòd non tam *Baronibus* peculiare quâm Proceribus vniuersis generale) enatum sit, restat ambiguum.

Thaini.

Lord.

Quòd omnes pro more nostro, *Duces*, *Marchiones*, *Comites*, & *Vicecomites*, *Baronatus* ratione, *Dinastæ*, **Lordes** (& summos Regni officiarios quamuis *Barones* non fuêrint) appellitare soleamus: Quidam primitiuũ esse aiunt a vocabulo hlaford *Saxonicè* interpretatur) enatum: Alij item deriuatiuum fuisse suspicantur è *Burgundia* primò allatum. *Burgundos* enimuerò quos deuicerat Imperator *Probus* anno. 282. in *Britanniam* nostram misisse constat; quique sedes hic nacti, vtilem *Romanis* operam, si qui seditiones molirentur, præstitêrunt. Eòque loci *Allodium* quod ab omni clientelâ liberum & solutum est, vulgò appellant, eiusmodi possessor etiâmnùm hodiè *Allodius* nuncupatur, quem nos eâdem propemodùm ratione nitentes dicimus a **Lord**. *Allodijs* cõtrarij sunt *Leudes* vel *Leudi* quasi *Allodijs* subiecti: vndè forsitan **Laydes** apud *Scotos* vsurpatur; homines scilicet ibidẽ melioris notæ generosos, sed *Baronibus* (quos etiam nobiscum **Lordes** dictitant) gradu inferiores. Sed esto cuique in verbis & Etymologijs liberum ariolandi iudicium, vt cunque de Nomi-

hlaford *Saxonicè* *Lord Anglicè.*

Laydes.

bus

bus cõſtat, *Barons*, **Free-heren**, aut **Lords** vtrumuis dixeris, iugenuos & ſummæ venerationis homines vbiuis vixiſſe in confeſſo eſt. Eoſdemque fuiſſe opinantur, quos pèr *Galliam Regulos* Cæſar ſcripſerit, vbi etiamnùm hodiè, *Barones* quidam antiquiores, iure quodá *Baronatus* de præcedentiâ cum *Nouis Comitibus* dicuntur concertare. Sed quàm ſit apud Nos authoritatis et dignitatis plenum *Baronatus* & *Baronagij* Nomen, facile videbitur, ſi vel antiquitatem reſpexerimus, vtpote qui antiquiùs dignitati iuriſdictionem habuêrint hæreditariam, cuius adhuc in *Curijs Dominicalibus* (vulgò **Court Baron**) retinemus imaginem; vel in ſummis Regni *Comitijs* ſanctiſsimam prærogatiuam inſpexerimus. *Duces* namque, *Marchiones*, *Comites* ipſi, et *Vicecomites* omnes, cum *Baronibus* ſedes in ſummo Regni *Parlamento*, nomine tantummodo *Baroniarum* tenent; adeò vt vel maximus *Dux* in *Parlamento* ſedens (quamuis pro gradus eminentiâ collocetur) *Baroniæ* ſolùm ratione locum obtinet, neq; vlla ratione aliâ *Archiepiſcopis* et *Epiſcopis* noſtris (vti et olim *Abbatibus* et eiuſdem farinæ alijs) ibidem ſedere conceditur, niſi quòd *Baronatus* & *Baroniæ* alicuius *Epiſcopatibus* conjunctam habeant poſſeſſionem et dignitatem. Maximus autem *Ducis* cuiuſcunque filius, et ſi *Comes* vulgò dicatur, vti et maximus natu *Comitis*, quamuis conſuetudinis indulgentiâ et ſanguinis gratiâ, *Dinaſta* vel *Dominus*, *Gallice* Seigneur, noſtro more **Lord** nominetur, ſi nihilominùs legis vim ſeriò conſideremus, nec inter *Comites* neque *Barones* numerandi, ſed *Armigeri* tantum ſunt habendi, neque vllum in *Comitijs* Regni ſuffragium vendicare queant, quandiu viuant parentes. Sæpè (fateor) experientiâ compertum habemus, vt quoties Rex filium *Ducis*, *Marchionis* aut *Comitis* natu maximum aut hæredem tam ſapientiâ et conſilio quàm ætate prouectum viderit,

Proceres omnes in ſummis Regni Comitijs, ratione Baronatus loca capeſſunt.

quemque maximis *Parlamenti Comitijs* adesse dignum perspexerit, hunc ad illud honoris fastigium asciscit, Scriptoque *Summonitionis* (vti vocant) vel dùm Patre superstitite; secundum Nomen & stilum (si *Ducis* fuerit) aut eius *Baroniæ*, si vel *Marchionis* aut *Comitis* sit filius, cuius nomine anteâ appellatus, hæresque designatus fuit, in cuius etiam inuestituram pater priùs venerat. Hoc inquam quandoque fit & fieri potest, Regis tantummodò gratiâ, cuius prærogatiua vsque adeò indeterminata est, vt quos velit, ad honores prouehere, & in *Parlamentum* admittere possit. Exempli gratiâ: Placuit Reginæ nostræ *Elizabethæ* Anno. 1575. Scripto suo *Summonitorio*, *Gulielmum Poulettum Baronem S. Iohn de Basing*, hodiernum *VVintoniæ Marchionem*, *Iohannis* scilicet *Pouletti Marchionis VVintoniensis* natu maximum vocare, eique inter Magnates *Parliamenti* superioris, locum assignare antiquis *Baronibus* de S. *Iohn* debitum priusquàm deficientibus masculis, familiæ eiusdem hæres generalis cum *Poulettorum* gente matrimonium contraxerat. Hoc inquam prærogatiuâ regali potuit Regina, ætate & indole tantum *Baronis* inuenis perspectâ, quod ipse nullatenùs iure vendicasset, viuo patre. Eodem modo *Henricus Stanleyus Comes Derbiæ* ad *Parlamentum* accitus est Scripto *Summonitorio* in vita Patris sui, nomine *Baronis Strange de Knokin*, eâdemque sede donatus: qua *Barones Strange de Knokin* antiquitùs sedere solebant. Quodque iam nuperrimè etiam *Gilberto Domino Talbot* (hodierno *Salopiæ Comiti*) *Georgij Comitis Salopiæ* nuper demortui filio & hæredi factum vidimus. Quæ quidem loco sibijpsis ex iuris formulâ arrogare nondum poterant, quod Patres superstites, & dignitates, & redditus earundē *Baroniarum* possederant. Adeò vt eò, (inquam) honoris et gradus promoti fuerint regali tantùm gratiâ dum vixerint Parentes. Ba-

rones

rones namq; nullos ritê agnoſcimus præterquã quos Regia Maieſtas primùm aut *Diplomate* creauerit, aut *Parlamentaris* eminentia et dignitas deſignauerit. Acciti autem, et ſemel admiſsi, et in *Parlamento* locati, *Barones* ſemper habendi, et inter *Magnates Baronagij Angliæ* cenſẽdi: neq; vſpiàm apparet * vllos poſtmodum abdicatos aut exauthoratos, niſi (fortè fortunâ) vſqueadeò illis imminutæ poſſeſsiones, vt nullatenùs tantum honorem ſint tuendo ſufficientes. Tunc autem vti olim Senatores *Romani* qui *Cenſum* Senatorium imminuiſſent, moti Senatu: ita et in *Superius* noſtri *Parlamenti ſenaculum* aſcendere vel vltrò abſtineant, aut (forſan dixerim) non admittuntur huiuſmodi: quamuis ſtylũ *Baronatus* Nomenque ſemper retineant.

Regula Iuris.
* Quia vt, infamibus nuſquàm patent DIGNITATIS portæ: ſic quæ ſemel alicui à Principe conceditur, non eſt in illius diſpendium retorquenda.

¶ Hij ſunt quos *Nobiles nominatos* agnoſcimus. Quã ſint nunc inter ſe, ſimul, et ſeorſim, dignitate et eminentiâ diſtincti, ex *Creationum* vel admiſsionum formis videndum. Quod ipſum per literas *Patentes* vel *Summonitorias* vnicuiq; inaugurando datas (quas bino nomine *Diplomata Regia & Reſcripta Parlamentaria* dicimus) et adiunctas pro more noſtro inueſtiendi ceremonias et præced endi conſuetudines demonſtrabimus: ab ipſo *Barone* exorſi.

Præclarum namque et præ cæteris honorificum *Baronagij Angliæ* nomen, antiquam *Patris Conſcripti* et Senatoriæ dignitatis imaginem referens, aditumque ad omnes honores eminentiores apud nos præbens, vti illa apud veteres *Romanos*. Nullis olim niſi bellicâ virtute claris aliquandiù data, quibus et *Baronatus* vexillum vt *Equitibus Romanis* annuli geſtãdi ius, donabatur. Poſtmodùm, quos non militaris peritia tantùm, ſed et generis claritas, mores, Fortuna aut Prudentia domi nobilitârunt, Regis *Reſcripto ſummonitorio* ad *Comitia Parlamentaria* euocare conſueuit. Tandem etiam *Henricus*

VI. *Diplomate* ſuo *Regio* quoſdam hoc nomine creandi formam introduxit. Quam ſimul ac illam per *Reſcripta Summonitoria* ad *Comitia* vocandi tantum hodiè formâ ſubſequenti in vſu retinemus.

Literę Summonitoriæ vel Parlamentares (vti vocant) ad quemuis aut quoſuis in *Baronia* dignitatem plenis regni *Comitijs* euehendum formâ conſtituâ (mutatis mutandis) in hunc modum fiunt.

ELIZABETHA *Dei gratia Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ Regina fidei Defenſatrix, &c. Prædilecto & fideli ſuo* Henrico Norris de Ricott, Cheualier, *ſalutem. Quia de auiſamento & aſſenſu* Concilij *noſtri pro quibuſdam arduis & vrgentibus negotijs nos, ſtatum & defenſionem Regni noſtri* Angliæ *& Eccleſiæ* Anglicanæ *concernentibus, quoddam* Parlamentum *noſtrum apud Ciuitatem noſtram* Weſtmonaſterij *& die* Maij *proximè futurâ ordinauimus & ibidem vobiſcum & cum prælatis &* Magnatibus *et* Proceribus *dicti Regni noſtri colloquiũ habere et tractatum. Vobis in fide et ligeantia quibus Nobis tenemini*

mini firmitèr iniungendo mandamus quòd conſideratis dictorum negotiorum arduitate et periculis imminentibus, ceſſante excuſatione quacunq; dictis die & loco perſonalitèr interſitis, nobiſcum ac cum Prælatis *&* Magnatibus *prædictis ſuper dictis negotijs tractaturi, veſtrũque conſilium impenſuri. Et hoc ſicùt nos & honorem noſtrum, ſaluationem et defenſionem Regni & Eccleſiæ predictæ expeditionemq; dictorum negotiorum diligitis, nullatenùs omittatis. T. meipſa die Anno Regni noſtri Decimoquarto.*

Altera eſt *Barones* per *Diplomata* creandi ratio: cuius hæc eſt forma.

Literæ Patentes quibus Guliel. Cicill Eques auratus fit ab Elizabeta Regina Baro de Burghley.

ELIZABETHA Dei gratia Anglicæ, Franciæ, & Hiberniæ *Regina fidei defenſatrix, &c.* Archiepiſcopis, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Epiſcopis, Baronibus, Militibus, Præpoſitis, *Liberis hominibus ac omnibus Officiarijs Miniſtris & ſubditis noſtris quibuſcunque ad quos præſentes literæ peruenerint, Salutem. Regalis noſtræ dignitatis faſtigium non ſolum ornari, ſed augeri etiam perſpicimus, dum viris virtutibus claris & in rebus gerendis ſtrenuis, honorum titulos diſpenſaremus. Arbitramur enim coronam noſtram regiam tanto magis ornari & locupletari, cum viros cordatos præſertim generis nobilitate illuſtres, ac conſilio inſignes & præpollentes in partem ſollicitudinis regiæ ad honorem & dignitatis gradus, ac ad Reipub.*

administrationem vocamus & erigimus: considerantes itaque diutina seruitia quæ dilectus & fidelis Consiliarius Gulielmus Cicill Miles, Primarius Secretarius *noster, tempore tam progenitorum nostrorum Regum huius regni, quàm etiam fidele & gratissimum obsequium semper ab ipsis regni nostri primis auspicijs non solũ eximijs & grauibus consilij negotijs: sed præterea omnibus etiam alijs generaliter pro regno nostro expeditionibus multipliciter impendit, indesq; impendere non desistit: Necnon circumspectionem, strenuitatem, prudentiam, dexteritatem, vitæ integritatem, prouidentiam, curam, & fidelitatem, ipsius* Gulielmi Cicill *erga nos & Coronam nostram: Idcirco* SCIATIS, *quòd nos de gratia nostra speciali ac ex certâ scientiâ & mero motu nostris præfatum* Gulielmum Cicill *ad statum, gradum, dignitatem, & honorẽ* Baronis *de* Burghley *imposuimus, dedimus, & in* Comitatu *nostro* Northampton *ereximus, præfecimus, & creauimus, ipsumq;* Gulielmum Baronem *de* Burghley *prædictum tenore præsentium præficimus, constituimus, & creamus, eidemq;* Gulielmo, *nomen, stilum, & titulum* Baronis *de* Burghley *imposuimus, dedimus, & præbuimus, ac per præsentes, imponimus, damus, & præbemus.* HABENDVM ET TENENDVM *eundem statum, gradum, dignitatem, stilum, titulum, nomen, & honorem, præfato* Gulielmo *& hæredibus suis masculis de corpore suo exeuntibus in perpetuum, Volentes ac per præsentes concedentes pro nobis hæredibus & successoribus nostris quòd prædictus* Gulielmus *& hæredes sui masculi prædicti, nomen, statum, gradum, stilum, dignitatem, titulum & honorem successiuè gerant, & habeant, & eorum quilibet habeat, & gerat. Et per nomen* Baronis *de* Burghley *vocentur, & nuncupentur, & quilibet eorum vocetur, & nuncupetur. Quodq; idem* Gulielmus *& hæredes sui masculi prædicti successiuè* Barones *de* Burghley *in omnibus teneantur, & vt* Barones *tractentur, & reputentur, eorum quilibet tractetur, & teneatur, & reputetur. Habeantque, teneant, & possideant dictus* Guliel. *& hæredes sui masculi prædicti, & eorum masculi prædicti, & eorum quilibet habeat, teneat, & possideat sedem, locum, et vocem in* Parlamentis *et* Concilijs *nostris, hæredum, & successorum, infra regnum nostrum* Angliæ,

gliæ, *inter alios* Barones, *vt* Barones. *Necnon dictus* Gulielmus *& hæredes ſui maſculi prædicti gaudeant & vtantur, & eorum quilibet gaudeat & vtatur per nomen* Baronis *de* Burghley *omnibus & ſingulis iuris, priuilegijs, præeminentijs, & immunitatibus ſtatui* Baronis *in omnibus ritè & de iurè pertinentibus, quibus cæteri* Barones *dicti noſtri Regni* Angliæ *ante hæc tempora meliùs honorificentiùs acquietiùs vſi ſunt & gauiſi, ſeu in præſenti gaudent et vtuntur, & hoc abſque fine vel feudo magno vel paruo nobis in* Hanaperio *noſtro* Cancellariæ *noſtræ ſeu alibi ad vſum noſtrum proinde quoquo modo reddendo, ſoluendo, vel faciendo. Eò quòd expreſſa mentio de certitudine præmiſſorum ſiue eorum alicuius &c Hijs teſtibus:* Reuerendiſſimo *in* Chriſto *patre* Mathæo Cantuariæ Archiepiſcopo *totius* Angliæ Primate *et* Metropolitano, *prædilecto ac fideli Conſiliario noſtro,* Nicholao Baçõ Milite Cuſtode magni Sigilli noſtri Angliæ, *Nec non chariſſimis* Conſanguineis *&* Conſiliarijs *noſtris* Gulielmo Marchione Northampton, Henrico Comite Arundell, Thoma Comite Suſſex Præſidente Conſilij *noſtri infra* Boreales *regni noſtri partes*, Henrico Comite Huntingdon, Ambroſio Comite Warwici Magiſtro ordinanc. *Bellicarum noſtrarum,* Franciſco Comite Bedford, Roberto Comite Leiceſter Magiſtro Equorum *noſtrorũ,* Waltero Vicecomite Hereforde, Anthonio Vicecomite Mountague: *ac etiã reuerendis in* Chriſto *patribus* Edwino Epiſcopo London, Nicholao Epiſcopo Wigorn. Edmundo Epiſcopo Roffen. Gulielmo Epiſcopo Ceſtriæ. *Nec non prædilectis & fidelibus noſtris* Gulielmo Domino Lumley, Iacobo Domino Mountioy, Henrico Domino Crumwell, Thoma Domino Pagett, Rogero Domino North, *& dilectis & fidelibus* Conſiliarijs *noſtris* Franciſco Knolles Milite Theſaurario Hoſpitij *noſtri, &c.* Iacobo Croftes Milite Magiſtro Cõtro-Rotulatorio Hoſpitij, &c. *Data per manum noſtram* Weſtmonaſt. 25. Febr. *Regni* 23. *Per ipſam Reginam de dat. prædict. authoritate* Parlamenti.

Baronum

Baronum per Diplomata creandi ritus & Ceremoniæ.

VLIELMVS Cicill *Eques Auratus, Trabea & Epitogio* vestitus in hac formâ productus Die XV. *Februarij*, regni *Elizabethæ* Reginæ XIII. in Aula Regia *VVestmonasterij*, magnâ Aulicorum coronâ fit *Baro* de *Burghley*. Primò, Feciales per binos præcedunt. Quos *Gartierus* solus *Diploma* regium manibus ferens insequitur. *Henricus Cary Baro* de *Hunsdon* Pallium *Baronicum* tulit, quẽ *Gulielmus Cicill* Eques auratus medius inter *Edwardum Baronem Clinton* dextrâ, & *Gulielmum* Brooke *Baronem* de *Cobham* lævâ insecutus. *Cameram Salutatoriam* (quâm vulgò *Præsentiæ* dicimus) ingressi, tèr genua flectendo Regiam Maiestatẽ adeunt. *Gartierus* primò *Diploma Sussexiæ Comiti* Regij tunc tẽporis *Hospitij Camerario* tradidit, qui easdẽ Reginę; eaq; *Iohanni VVolley Armigero* legendũ exhibuit. Ad verbum (*Inuestiuimus*) Regina Pallium *Baronicum* illi induit & perlecto *Diplomate* ipsum *Gulielmum Cicill Equitem Auratum* iam *Baronem* de *Burghley* & hæredes suos masculos (vt superiùs indicatur) pronunciauit.

Quo facto, Charta Reginæ redditur, quæ protinùs illam *Baroni* custodiendam dedit, qui tandem post summas ob honorem receptum gratias, magno tubarum clãgore vestibus honorarijs iudutus, eodem quo ingressus est modo, pransum recessit.

Post medias ferculas, *Gartierus* cum reliquis *Heraldis Regijs*

Regijs mensam propiùs accedens, vbi primùm *Gallice*, (Largesse) simul vociferantes, stilum Regium *Latine*, *Gallice*, atque *Anglice* pronunciauit: & denuò aliquanto remotiores Largesse iterum simul repetentes, noui *Baronis* stilum his verbis recitauit.

Du tresnoble Seigneur Guliaulme Cicil Cheualier, Baron de Burghley: & factâ reuerentiâ, Largesse bis conclamantes recesserunt.

Forma *Barones* per *Rescripta* admittendi.

HÆC inquam per *Diplomata* Regia *Nobilium Nominatorum* creandorum ratio est; iam per *Rescripta Summonitoria*, vt in *Parlamentis* asciscantur *Barones* noui, & quemadmodum ibidem accersiti collocẽtur, pauca supersunt, *Rescripti* formam anteà exhibuimus: *Admissionis* hæc est.

Henricus Compton, *Henricus Cheyney*, & *Henricus Norreys*, *Equites aurati*, *Rescriptis* accersentur, vt ad *Parlamentum Westmonasterij* in die *Iouis*, octauo *Maij*, Regni verò *Elizabethæ* Reginæ XIIII. præstò adsint. Quo die postquàm Proceres sedibus se composuissent, hij tres foris præstolantes vicissìm hoc modo inducuntur, & in

in ſuperiorem *Senatum* admittantur.

Gartierus Rex Armorum nudo capite et Regio *Paludamento* ſuperindutus præceſſit, quem duo ex nouiſsimis *Baronibus*, *Pallijs*, *Trabeis*, & *Epitogijs* veſtiti, *Equitem* nouâ dignitate inaugurandum medium introducentes ſequuntur. Hunc tandē ad *Cancellarium* ducunt, cui *Eques* ille genibus ſemèl atque iterùm flexis *Reſcriptum* ſuum porrigit legendum: quo, quâ illùc authoritate et poteſtate venerit, oſtendit. *Cancellarius* poſt lectum *Reſcriptum* aduentum ſuum multâ humanitate congratulatus, *Baronem Baronicè* veſtitum ad locum capeſſendum dimittit, quem præcedente *Gartiero Barones* ſibi commonſtrāt.

Reſcriptum denique per *Cancellarium Clerico Parlamenti* reponendum traditur.

Iſto modo reliqui duo introducti poſteâ, & admiſsi fuêrunt, ſedibuſque ordine ſuo collocati: atq; ita qui *Equites aurati* tātū introibant; *Barones* exeunt, & habentur: parique honore cum cæteris Regni *Baronibus* perfruuntur.

Habitus quo Baro Angliæ inuestitur.

Diploma regium de Vicecomite creando.

Examplar literarum Patentium H. 6. Regis Iohannem Beaumount in Vicecomitē de Beaumoūt creantis.

HENRICVS Dei gratia *Angliæ*, & *Franciæ* Rex, Dominus *Hiberniæ*: *Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Iuſticiarijs, Vicecomitibus, Præpoſitis, Balliuis, Miniſtris*, & alijs fidelibus ſuis ad quos, &c, Salutem. SCIATIS quòd nos quùm Maieſtatem noſtram decere conſpicimus, vt illos qui ſe nobis exhibent obſequioſo famulatu continuos, in alijs maximè qui de noſtrâ merâ prærogatiuâ & liberalitatis gratiâ procedunt, præcipuis honoribus attollamus, præſertim quos parentum præteritorum nobilitauit memoria, & propriarum virtutum merita clara obedientia condecorant, vt præmiata virtus roboretur intrinſecùs ac multos alliciat ad actus virtuoſos. Hinc eſt quòd nos conſiderantes generis Nobilitatem Chariſſi: Conſanguinei noſtri *Iohannis Domini de Beaumount* & ſeruitiæ quæ Progenitoribus noſtris, ſui parentes fideliter impendêrunt, ac ea quæ gratiſſima nobis ipſa obſequia laudabilitèr ab ipſa ætatis auſpitijs nũc vſque indiès impendit, vti ea continuare deſiderat in futurum, & eo nobis accommodiora officia quo celſiore fulgeat prærogatiua honoris. De gratia noſtra ſpeciali in præſenti *Parlamento* noſtro præfato *Iohanni Domino* de *Beaumount* Conſanguineo noſtro ac hæredibus maſculis de corpore ſuo exeuntibus NOMEN *Vicecomitis de Beaumoũt* IMPONIMVS, ac ipſum inſignijs *Vicecomitis de Beaumount* realitèr INVESTIMVS LOCVMQVE in *Parlamentis*, *Concilijs*, & alijs congregationibus noſtris ſuper omnes *Barones* regni noſtri ASSIGNAMVS, eidem cui vt magis conueniet & doceretur in ipſo ſtatu *Vicecomitis* prędict; motu

" tu & mera liberalitate noſtris dedimus & conceſſimus, pro
" nobis et hæredib. noſtris quantum in nobis eſt præfato *Ioanni* &
" heredib. ſuis vnà cum nomine, inſignijs, & loco prædict. viginti
" marcas percipiend. annuatim ſibi & hæredib. ſuis maſculis de
" corpore ſuo exeuntibus, de firmis exitibus proficuis & commo-
" ditatibus *Com. Lincoln.* per manus *Vicecomitis* eiuſdem *Com.*
" pro tẽpore exiſten. ad terminos *Paſchæ* & S. *Michael.* per æqua-
" les portiones. HABENDVM ET TENENDVM ſibi & hæ-
" red. ſuis prædict. nomen, inſignia, locum, & 20. marcas præ-
" dict. in perpetuum. Eò quod expreſſa mentio, &c. TESTE me
" ipſo apud *Reding* 12. *Februar.* Anno regni noſtri decimo octauo

Per breue de priuato ſigillo.

Vice-

Tanta est Vicecomitis *inaugurandi cum* Barone *rituum similitudo, vt mutatis mutandis eosdem penè dixeris, hoc tantũ interest quod* Baro *inter* Barones *duos*, Vicecomes Comitem *à dextrâ &* Baronem *à sinistrâ (deficientibus* Vicecomitibus *) conductores habeat, & dimidiatâ fimbriâ in humero* Barone *superior, vt ex icone subiectâ videre est.*

VICE-COMES

Diploma Regium de Comite creando.

Exemplar literarum Patentium Elizabethæ *Reginæ* Gaulterum Deuereux *in Comitem Eſſexiæ creantis.*

ELIZABETHA Dei gratia *Angliæ*, *Franciæ*, et *Hiberniæ* Regina fidei Defenſatrix, &c. Vniuerſis et ſingulis *Archiepiſcopis*, *Ducibus*, *Marchionibus*, *Comitibus*, *Vicecomitibus*, *Epicopis*, *Baronibus*, et omnibus alijs ad quos &c. Salutem. CVM hij quos diuina prouidentia in Monarchia et regali ſolio conſtituit et collocauit vt in terris quaſi vicarij cæleſtis illius, benè, iuſtè, piè, decenter, et ſalutariter regunt, præſint et tueantur quæcunque ſuæ cuſtodiæ et regimini diuinitùs mandata et commiſſa ſunt: Ipſique Monarchæ in Monarchijs ſuis idem repreſentent, quod oculi in corpore, quorum Officium eſt dirigere omnia corporis membra: Itaque Monarchæ et Principes tanquam oculi Reipub. intendere circumſpicere et perluſtrare debeant omnes ſtatus, et ordines Imperij ſui, ſinè quibus haud dubiè nullam ciuilem adminiſtrationem, nullam policię gubernationem inſtitui aut fieri poſſe fatendum eſt. Vſque eò neceſſaria eſt ordinum in magnis imperijs conſeruatio vt poſteaquàm viderint Statuum et Ordinum Nobilitatem fractam, convulſam, imminutam, conquaſſatam, aut (vt multa humanitùs accidunt) morte afflictam, aut debilitatam; maturè reſarcire, inſtaurare, augere et amplificare, ita vt alijs quos tum virtutes ſuæ, tum generis et Majorum ſuorum gloria nobilitauit ad Nobilitatem et honorem accitis, ordinum et ſtatuum gloria in nitore et ſplendore in perpetuitatem conſeruetur.

" uetur. Iam id circo videntes vnum ordinem ex reliquis
" honorificum et glorioſum ex paucitate laborare, et cõ-
" pertum habentes Clariſsimum Conſanguineum noſtrũ
" *VValterum Vicecomitem Hereford prænobilis ordinis noſtri*
" *Garterij Militem, Dominum Ferrers* de *Chartly* ſe ſtrenuè
" & fortiter nobis geſsiſſe in illo tumultu ſeditioſo,
" facinoroſorũ proditorum & Rebellium in partibus Bo-
" *realibus* regni noſtri *Angliæ* ex perditiſsimis et nequiſsi-
" mis hominibus conflato. In quo tumultu & armata
" proditorum man magnum et horrendum periculũ
" non ſolum Regno noſtro ſed etiam Perſonæ noſtræ in-
" tendebatur: Ita vt illius partim conductu non ſolum
" rebellium & proditorum immanis furor & audacia ibi-
" dem compeſcebatur, verumetiam quâm plures rebelli-
" um proditorum obedientiæ noſtræ reducebantur, ſic-
" que ſtatus regni noſtri vehementer perturbatus pacatus
" deuenit. VOLENTES igitur ipſum *VValterum* pro-
" hijs rebus et cauſis tam præclarè ab eò geſtis, ad ſtatum
" honorem et dignitatem *Comitis Eſſex* erigere, et pro eo
" quòd prædictus *VValterus* à nobili ſtirpe et familia *De*
" *le Bourchier* nuper *Comitis Eſſex* eſt ortus et proximus
" hæres per cõmunem legem regni noſtri *Henrico Bour-*
" *chier* nupèr *Comitis Eſſex*. SCIATIS quod nos de gra-
" tia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia et mero motu no-
" ſtris præfatum *VValterum* in *Comitem Eſſexiæ*, nec non
" ad ſtatum, gradum, dignitatem, et honorem *Comitis Eſ-*
" *ſex*, ereximus creauimus et præfecimus: Ipſumque *Co-*
" *mitem Eſſex* erigimus creamus et præficimus tenore prę-
" ſentiũ. Eidemq; *VValtero*, nomẽ, ſtilũ, et titulum *Comitis*
" *Eſſex* impoſuimus, dedimus, et præbuimus, et ꝑ præ-
" ſentes imponimus, damus, et præbemus. Ac ipſum
" *VValterum* in huiuſmodi ſtatu, titulo, honore, et digni-
" tate *Comitis Eſſex*, per *Gladij cincturam*, *Cappæ Honoris*
" *& Circuli aurei* impoſitionem INSIGNIMVS, inueſti-

mus

mus, et realitèr nobilitamus per præſentes. HABENDVM ET TENENDVM ſtatum, gradum, dignitatem, ſtilum, titulum, nomen et honorem *Comitis Eſſex* prædicti cum omnibus et ſingulis præeminentijs, honoribus cæteriſque huiuſmodi quibuſcunque ſtatui Comitis pertinentibus ſiue ſpectantibus, prætato *VValtero* et hæredibus maſculis de corpore ſuo exeuntibus in perpetuùm. Volentes et per præſentes concedentes pro nobis hæredibus et ſucceſſoribus noſtris, quòd præfatus *VValterus* et hæredes ſui maſculi prædicti, nomen, ſtatum, gradum, dignitatem, ſtilum et honorem prædictum ſucceſsiuè gerant et habeant, per nomen *Comitis Eſſex* prædicti ſucceſsiuè vocitentur, et nuncupentur, et quilibet eorum vocitetur et nuncupetur. Et quòd *Walterus* et hæredes ſui prædicti ſucceſsiuè vt *Comites Eſſex* in omnibus teneantur, tractentur, et reputentur, et eorum quilibet teneatur, tractetur, et reputetur. Habeantque teneant et poſsideant dictus *Walterus* et hæredes ſui maſculi et eorum quilibet habeat, teneat, et poſsideat ſedem et locum in Parlamentis noſtris, hæredum et ſucceſſorum noſtrorum infra regnum noſtrum *Angliæ* inter alios *Comites* vt *Comes Eſſex*, ac proüt dictus *Henrichus Bourchier* nuper *Comes Eſſex* habuit, tenuit, et poſsidebat. Necnon dictus *Walterus* et hæredes ſui prędicti gaudeant et vtantur, et eorum quilibet gaudeat et vtatur per nomen *Comitis Eſſex*, omnibus et ſingulis iuribus, priuilegijs, præeminentijs, immunitatibus ſtatui *Comitis* in omnibus ritè et de iure pertinentibus quibus cęteri *Comites* in omnibus ritè et de iure ante hæc tempora, meliùs, honorificentiùs, et quietiùs vſi ſunt, et gauiſi ſeu in præſenti gaudent et vtuntur. Et quia creſcente ſtatus celſitudine neceſſariò creſcunt ſumptus et onera grandiora: Et vt idem *Walterus* et hæredes ſui prædicti, meliùs, decentiùs, et honorificentiùs ſtatum

" ſtatum prædictum *Comitis Eſſex*, et onera ipſi *VValtero*
" et hęredibus incumbentibus manutenere et ſupportare
" valeant, et quilibet eorum valeat. Ideò de vberiori gra-
" tia noſtra dedimus et conceſsimus, ac per præſentes da-
" mus & concedimus, pro nobis hæredibus, & ſucceſſori-
" bus noſtris, præfato *VValtero* & hæredibus ſuis prædi-
" ctis imperpetuum viginti libras feudi ſiue annualis red-
" ditus ſingulis annis percipiendas de exitibus proficuis
" & reuentionibus magnæ & paruæ cuſtumæ et ſubſidij
" noſtri nobis conceſſę, ſeu in poſterũ nobis hæredibus &
" ſucceſſoribus noſtris concedendæ prouenientis creſ-
" centis ſiue emergentis infra portum Ciuitatis noſtræ
" *Londõ* p manus Cuſtumariorũ ſiue Collectorũ noſtro-
" rum, hæredum; et ſucceſſorum noſtrorum, ibidem pro
" tẽpore exiſtentiũ ad terminos S. *Michaëlis Archangeli*, &
" *Paſchæ*, per equales portiones ſingulis annis ſoluendas.
" Eò quod expreſſa mentio de vero valore annuo, aut de
" aliquo alio valore vel certitudine prẽmiſſorũ ſiue eorum
" alicuius aut de alijs donis aut cõceſsionibus per nos ſiue
" per aliquẽ progenitorũ noſtrorũ præfato *VValtero Co-*
" *miti Eſſex* ante hęc tẽpora factis in præſentibus minime
" facta exiſtit. Aut aliquo ſtatuto, ordinatione, actu, prouiſione, proclamatione, ſiue reſtrictione in contrariũ inde
" antehac habitâ, factâ, editâ, ordinatâ ſiue prouisâ, aut
" alia re causâ vel materiâ quâcunque in aliquo non ob-
" ſtante. Hijs teſtibus Prædilecto & fideli Conſiliario
" noſtro *Nicholao Bacon* Milite *Magni Sigilli* noſtri *Angliæ*
" *Cuſtode*, ac Chariſsimis Conſanguineis noſtris *Edwardo*
" *Comite Oxon. Domino Camerario Angliæ*, *Reginaldo Comite Canciæ*, *Gulielmo Comite VVigorniæ*, prẽnobilis ordinis *Garterij Milite*, *Henrico Comite Rutland*, *Thoma Comite Suſſexiæ* prędicti ordinis noſtri *Garterij Militę* ac
" *Domino Præſedent. Conſilij* noſtri in partibus *Borealibus*
" Regni noſtri *Angliæ*: *Henrico Comite Huntingdon* prędicti
" ordinis, &c. *Ambroſio Comite VVarwick* prędicti ordinis

&c. *Franciſco Comite Bedf.* prædicti ordinis, &c. *Edoardo Comite Hertford*, *Roberto Comite Leiceſtriæ*, prædicti &c. *Thoma Vicecomite Bindon*. Nec non Reuerendis in *Chriſto* patribus *Edmundo Sarum Epiſcopo* et *Edmundo Roffen Epiſcopo*, *Eleemoſynario noſtro*. Ac etiam prædilectis et fidelibus noſtris, *Gulielmo Domino Howarde de Effingham Domino Camerario Hoſpitij noſtri*, prædicti ordinis *Garterij &c. Gulielmo Domino* de *Burghley primario Secretario noſtro*, prędicti ordinis, &c. *Henrico Domino Strange*: *Arthuro Domino Gray* de *Wilton*, prædicti &c. *Gulielmo Domino Sandes*, *Edwardo Domino Windſor*, *Thoma Domino Wharto*, *Roberto Domino Riche*, *Thoma Domino Pagett*, *Iohanne Domino Darcey* de *Chiche*, *Roberto Domino North*, *Edmũdo Domino Chãdos* Prędicti ordinis *Garterij*, &c. *Tho. Domino de Buckhurſt*, *Gulielmo Domino* de *La ware*, *Baronibus*: *Franciſco Knolles Milite Theſaurario Hoſpitij noſtri*, *Iacobo Croftes Milite* Contro-Rotulatore *Hoſpitij* noſtri, Dilectiſq; et fidelibus noſtris *Henrico Sidney Milite* prædicti ordinis, &c. ac *Domino Præſidente Concilij* noſtri in partibus *Walliæ*, *Gulielmo Cordall Milite*, *Magiſtro Rotulorum* Cancellariæ noſtræ, & alijs: Datum per manum noſtram apud *Manerium* noſtrum de *Grenewich* IIII. die *Maij*. Anno Regni noſtri decimoquarto. MDLXXII.

Comitis creandi ritus & Ceremoniæ.

IDEM *Gaulterus Deuereux*, Baro *Ferrers de Chartley & Herefordiæ Vicecomes*, togâ interiori ex ſerico coccineo ſubindutus, et pallio honorario obtectus, et eiuſdem coloris *Epitogio* holoſerico, à ſacello Regio inter *Suſſexiæ* à dextrâ et *Huntingdoniæ* à ſiniſtrâ vtique Chlamydatos *Comites*, medius ad Regiam præſentiam conductus fuit. *Leyceſtriæ Comes* pileum et circulum prægeſtans et *Bedfordiæ* à lævâ enſem erecto manubrio gerens proximè præibant. Hos item *Gartierus* primus *Armorum Rex* cum *Diplo-*

Diplomate ſolus, et ante ipſum *Fæciales* omnes bini præceſſêrunt. Quando iam ad *Cameram præſentiæ* ventum eſt, poſtquã tèr genua demiſſè per interualla flexiſſent, Reginam ſolio ſedentem adeunt, præfatus *Gualterus Vicecomes* in genua (aſtantibus reliquis) procubuit. Chata primùm Reginæ porrigitur. Quæ eam *Gulielmo Cicilio Baroni* de *Burghley, Secretario* dedit, quique eam *Gulielmo Cordallo*, Equiti aurato, *Scriniorum Magistro* aliâ voce legendam tradidit. Ad verba *Gladio Cincturiauimus*, Regina gladium ſibi collo lævam verſùs obliquè pendentem impoſuit, et ad verba *Cappæ & Circuli aurei*, Capiti item *Cappam* cum *Coronula* induit. Poſteà quod reliquum fuit perlegendo, *Gaulterum* ipſum priùs *Vicecomitem Herefordiæ* iam *Eſſexiæ Comitem* pro ſe et Hæredibus ſuis maſculis creatum pronunciauit, vt in *Diplomate* ipſo ſuperius inſerto affatim extat. Hijs peractis idem *Rotulorum Magiſter* (vice *Secretarij* in cuius auxilium chartam perlegerat) *Comiti Oxoniæ, Magnæ Angliæ Camerario* tradidit; Ipſe autem Reginæ: quæ itidem eandem *Comiti Eſſexiæ* cuſtodiendam præbuit. Ille demùm poſt ingentes ſummâ humilitate gratias, inter proceres circumſtantes alterum candidatum venientem expectans ſeceſſit.

Eodem omninò modo atque tempore *Edwardus Baro* de *Clynton & Say Angliæ, Admiralius* in Comitem *Lincolniæ* ſibi et hæredibus ſuis maſculis creabatur.

Hijs denique ex omni parte finitis, eodem quo ingreſſi ſunt ordine, recedunt tubis ſonantibus, quæ excipiebant *Fæciales*, præibat *Gualterus* quem *Noui Comites* inter *Suſſexiæ* & *Huntingdoniæ* medij ſequebantur: itaq; ad *Cænaculum* epulis paratum, omnibus Creationum ornamentis veſtiti pranſum conducti ſunt. Vbi poſtquam aliquandiù conſediſſent, ad ſecundas menſæ Perculas, *Gualterus* cum *Fœtalibus* Cænaculum intrando Largeſſe clarè ſonantibus Reginæ ſtilum priùs *Latinè*, deinde *Gallicè*, tertiò *Anglicè* ſolus pronunciauit, et bis repetitâ voce (Largeſſe) paulòque mensâ remotiùs ſtilum Comitum nouiſſimè creatorum *Gallicè* et *Anglicè* prædicauit in hæc verba.

Du treſhault & Puiſſant Seigneur Gautier d' Euereux Counte d' Eſſex, Vicount Hereford, Baron Ferrers de Chartley, & Cheualieur du treſnoble ordre de la Iarretiere.

Du treſhault et puiſant Sir Edouarde Conte de Lincolne Baron de Clynton et Say, grand Admirale d' Angleterre et Cheualieur de treſnoble Ordre de la Iarretiere.

Itaque

Habitus quo Comes Angliæ inuestitur.

Diploma Regium de Marchione creando.

Literæ Patentium quibus Edwardus IIII. Rex. Tho. Grey Marchionem Dorſet creauit.

EDVVARDVS Dei gratia *Rex* Angliæ, Franciæ, *& Dominus* Hiberniæ, *&c.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Iuſticiarijs, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, *& omnibus* Balliuis *& ſubditis ſuis fidelibus, Salutem.* SCIATIS *quòd cum noſtra Maieſtas Regia ab immortali Deo poſt maximas de inimicis noſtris partes victorias ad Regium culmen & ſolium hæreditarium ſublimata exiſtat, ac ne tantum ſplendoris noſtri nomen in ipſo ſuo ortu per liberorum carentiam dilaberetur, Fœliciſſimis auſpitijs ſucceſſit, vt liberali coniugio chariſſimæ conſorti noſtræ* Elizabethę, Anglię Reginæ *eſſemus annexi: ex quâ futuræ poſteritatis noſtræ Regiæ firmiora quædam ſtabilimenta,* Edwardum *ſcilicet primogenitum noſtrum* Principem Walliæ, Ducem Cornubiæ, *ac* Ceſtriæ Comitem, Ricardum Salop. *&* Eborac. Ducem, *cæterorumq; liberorum noſtrorum iuuentam illuſtrem ſuſcitauimus, quæ res impendio nos hortatur ac impellit glorioſo & ſublimi Deo, Regiæ noſtræ Iuſtitiæ defenſori, iniuriarumque vltori, maiores quas poſſumus ex animo gratias agere, ac eandem noſtram coniugem de nobis optimè meritam, omnemque eius ſobolem gratioſis proſequi fauoribus, amplioreque honore & gratiâ ornare. Cæterùm quò prædictus noſter Primogenitus ac liberi chariſſimi noſtri neceſſariorum ſuorum fido & tuto robore veluti quibuſdam mœnijs cincti potentiùs muniantur, fratrem eorundem vterinum,* Thomam Grey, *cuius claram generis Nobilitatem, optimam indolem, ſtrenuitatem egregiã, ſed multò maximè animi eius ornatiſſimas virtutes ſinceræ*

dilectionis affectu complectimur, indonatum præterire nolumus, eosnamque naturali societate eductos, ac suam illa recordatione, eodem antequam nascerentur habitasse domicilio deinctos, communem ac præcipuum quendam amorem inter se perpetuò gerere exploratissimum videtur, atque qui tam arcto consanguinitatis pariter & amoris coniunguntur gradu, si eorum aliquis tam exigua dignitatis esset vt maiori suo cum debeat ob rei tenuitatem magnificè inseruire non sufficiat, nobis haud alienum censimus prouidere vti nobis dignum visum est. VOLENTES *eundem* Thomam *quò nobis, liberis nostris, ac reipub. Vsui, ornamentoque maiori accedere poterit, maiori patrimonio egregijsq; honoris & dignitatis titulis efferri, de gratia nostra speciali, ac ex certâ scientiâ & mero motu nostro præfatũ* Thomam Marchionem Dorset *ordinamus, præfecimus, & creamus, nec non stilum, honorem, statum, titulum, & dignitatem* Marchionis Dorset *eidem* Thomæ DAMVS *& concedimus per præsentes, & eum de stilo, titulo, ac nomine, & honore* Marchionis *loci prædicti per* Cincturam gladij *ac* Cappæ honoris *dignitatis impositionem* INVESTIMVS, *vnà cum omnibus præeminentijs, eisdem honori & dignitati pertinentibus siue spectantibus.* HABENDVM ET TENENDVM *dictum nomen, stilum, honorem, statum, titulum, & dignitatem.* Marchionis Dorset *vnà cum omnibus pertinentijs & dignitatibus, & alijs rebus quibuscunq; statui* Marchionis *Regni nostri* Angliæ *tam in Sessionibus,* Parlamentis, *& Concilijs nostris, & hæredum nostrorum, quàm aliâs quali tercunque fuerit, eisdem honori & dignitati pertinentibus siue spectantibus, præfato* Thomæ *& hæredibus masculis de corpore suo exeuntibus imperpetuùm. Et insuper de vberiori nostrâ gratiâ, dedimus, ac concessimus, ac per præsentes damus, & concedimus præfato* Marchioni *in supportationem dictorum nominis, stili, honoris, status, tituli & dignitatis, triginta & quinq; libras, legalis monetæ* Angliæ. *Habendum leuandum & percipiendũ annuatim eidem* Marchioni *et eisdem hæredibus suis prædictis, videlicet viginti libras inde habendas & percipiendas eidem* Marchioni

chioni *& eiſdem hæredibus ſuis de feodo firma* Villa Dorſ. *per manus* Burgenſium *eiuſdem villæ pro tempore exiſtentium ad terminos S.* Michaelis *&* Paſchæ *per equales portiones, & quindecim libras inde reſid. Habendum & percipiendum annuatim eidem* Marchioni *& hæredibus ſuis prædictis de omnibus Cuſtumis & ſubſidijs nobis conceſſis ſiue concedendis, & de eorum altero, ac de qualibet parte, ſeu qualibet percella eorundem in Portu villæ noſtræ de* Sowthamptõ *peruenientibus & creſcentibus per manus Cuſtumariorũ ſiue Collectorũ noſtrorũ vel hæredũ noſtrorũ in portu illo pro tẽpore exiſtẽtiũ ad terminos per equales portiones. Eo quod expreſſa mẽtio de vero valore annuo præmiſſorũ ſeu alicuius eorũ aut de alijs donis ſiue conceſſionibus eidem* Thomæ *per nos ante hæc tempora factis in præſentibus minime facta exiſtit aut aliquo ſtatuto, actu, ſiue ordinatione in cõtrariũ factâ, editâ, ſiue ordinatâ aut aliquâ aliâ re, cauſâ, vel materiâ quâcunque non obſtante, & hæc abſque aliquo feodo inde ad opus noſtrum aliqualiter ſoluendo. Hijs teſtibus, præclariſſimo primogẽito filio noſtro* Edwardo Principe Walliæ, Duce Cornubiæ, & Comite Ceſtriæ *& de* Flint, *Reuerendiſſimis patribus* Thoma Cantuarienſi Cardinale, *&* Georgio Eborum Archiepiſcopis, [illegible], Georgio Clarencee, *&* Ricardo Glouceſt. Ducibus: *Ac venerabilibus patribus* Thoma Lincoln, Cancellario *noſtro* Angliæ, *&* Thoma Hereford Epiſcopis. *Chariſſimis conſanguineis noſtris* Gulielmo Arundell, Hẽrico Eſſex, Theſaurario Angliæ, *&* Anthonio Riuers, Comitibus *ac dilecto & fideli Clerico. noſtro Armigero* Iohanne Ruſſell *legum Doctore* Cuſtode priuati Sigilli *noſtri: Nec non dilectis & fidelibus noſtris* Thoma Stanly, Gulielmo Haſtings Militibus, *& alijs.* DAT. *per manum meam apud Weſtmonaſterium decimo octauo die* Aprilis: *Anno Regni noſtri decimoquinto.*

Per literas de priuato Sigillo & de dat. preſentium ante *Parlamenta.*

Diploma Regium de Marchioniſſa creanda.

Literæ Patentes quibus Henricus 8. *Rex*, Annam Rochford, Thomę VViltoniæ & Ormondię Comitis *filiam*, Marchioniſſę Penbrochię *titulo adauxit.*

ENRICVS Dei gratia *Angliæ*, *Franciæ*, Rex, fidei defenſor, et Dominus *Hiberniæ*, omnibus et ſingulis *Archiepiſcopis*, *Epiſcopis*, *Abbatibus*, *Prioribus*, *Ducibus*, *Comitibus*, *Baronibus*, *Iuſticiarijs*, *Vicecomitibus*, *Præpoſitis*, *Miniſtris* & omnibus *Ballivis* et fidelibus ſuis ſalutem. SCIATIS quod cùm regale ſolium & dignitatis regiæ faſtigium, ſublimius multitutitudine perſonarũ vtriuſq; ſexus, tã virorũ quàm fœminarum conſiſtat, et eò magis Regni noſtri regimen roboratur excellentiore honore, quò plures ſibi ſubſiſtant vtriuſque ſexus, nobiles ſtatus, et eminentiæ celſiores. Nos igitur ad præmiſſa dirigentes in tuitum, et volentes ſceptrum noſtrum Regium augumento nobilium ſtabilire, et præſertim à ſtirpe regiæ procedentium (nam ſtatutum tribunal regium, multorum et multarum principum ſtipatum:) Hâc igitur conſideratione ob Nobilitatem generis, quam morum & virtutum aliaque meritò laudanda probitatis bonitatiſque inſignia, Conſanguineam noſtram *Annam Rochefford*, vnam filiarum prædilectis Conſanguinei noſtri *Thomæ Comitis VVilton*, & *Ormonde*, *Cuſtodis priuati Sigilli* noſtri, in *Marchioniſſam Penbrochiæ*, aſſenſu nobiliũ regni noſtri inibi exiſtentiũ præficimus CREAMVS & ingnimus et per præſentes præficimus, creamus & inſignimus, necnon nomen, titulum, ſtatum, ſtilum, honorem, authoritatem, et diguitatem *Marchioniſſæ Penbrok* cum titulo ſtatu, ſtilo, honore,

nore, authoritate, et dignitate, cæteriſque honoribus, eidé appendentibus et annexis per *Mantellæ inductionem & circuli aurei in capite appoſitionem* vt moris eſt realiter INSIGNIMVS. HABENDVM ET TENENDVM nomen, ſtilum, titulum, ſtatum, honorem, authoritatem, & dignitatem *Marchioniſſæ Penbroke* præfatæ *Annæ* et hæredibus ſuis maſculis de corpore ſuo exeuntibus inperpetuum. Et vt eadem *Anna* iuxta nominis *Marchioniſſæ Penbroke* decentiam, et ſtatus ſui Nobilitatem, decentiùs et honorificentiùs valeat incumbenda ſibi onera ſupportare, dedimus,et conceſsimus,et hac præſenti charta noſtra damus, concedimus, confirmamus pro nobis et hæredibus noſtris, præfatæ *Annæ* et hæredibus ſuis prædictis, triginta et quinque libras annuas, percipiendas ſibi et hæredibus ſuis prędictis, de firmis redditibus, exitibus, reuenſionibus, obuentionibus, proficuis, & Emolumentis Comitatus noſtri *Penbrok* prædicti prouenientibus et creſcentibus,tam p manus *Vicecomitis* illius *Comitatus* pro tempore exiſten.quâ per manus *Baliuorum, Firmariorum*, ſeu aliorum occupatorum quorumcunq; *Com.* prædict. ad terminos S. *Michaelis Archaugeli* & *Paſchæ* per æquales portiones ſoluendas. Eò quod expreſſa mentio de vero valore annuo,aut de alijs donis vel conceſsionibus,per nos prędictę *Annæ* ante hęc tempora factis in præſentibus: minime factis exiſtit aut de aliquo ſtatuto, actu, ordinatione, ſiue prouiſione inde in contrarium factis, editis ſiue prouiſis,aut aliquâ alia re vel materiâ quacunq; in aliquo non obſtante.Hijs teſtibus, Reuerendiſſ. in *Chriſto* Patre *E. Eborum Archiepiſcopo*,ac venerabilibus in *Chriſto* patribus *S.VVintõ. Secretario* noſtro, et *I. London Epiſcopis*.Nec non chariſſimis Conſanguineis noſtris *Tho. Norff. Theſaurario* noſtro *Angliæ*, et *Carolo Suff. Comiti Mareſcallo, Ducibus*: *Thoma VVilton Cuſtode priuati Sigilli noſtri, Ioanne Ox-*

" Oxon. Camerario nostro *Angliæ* et *Georgio Salopiæ* Seneſcallo *Hoſpitij* noſtri, Comitibus, *Thoma Audeley Milite*, Cuſtode Magni Sigilli noſtri, *Gulielmo Sandes* de *vine Milite*, Camerario *Hoſpitij* noſtri, & *Waltero Deuereux* de *Ferrers*, *Milite*, Baronibus, *Gulielmo Fitzwilliams Theſaurario Hoſpitij* noſtri, et *Gulielmo Paulet* Controrotulatore *Hoſpitij* noſtri *Militibus*, et alijs. DATVM per manum noſtram apud *Caſtrum* de *Windeſor*, primo die Septemb. Anno regni noſtri XXIIII.

Marchioniſſæ creandi ritus.

ANna hæc *Tho. Wiltoniæ* ſimul ac *Ormandiæ Comitis* filia, die Dominico primo ſcilicet Septemb. 1532. *Henrici* VIII. Regis inuictiſſimi Anno XXIIII. *Windeſoriæ* iſto modo inaugurata eſt.

Rex ipſe *Ducibus Norfolciæ* & *Suffolciæ*, *Marchionibus*, *Comitibus*, *Baronibus*, alijſque regni *Magnatibus* vnà cum Legato *Gallico*, & à ſanctioribus Conſilijs quamplurimis concomitatus, in *Cameram Salutatoriam* (quam *Præſentiæ* nominant) ſe recepit, ibique ſe ſolio compoſuit. Quo loco *Anna* præfata magna Heroum et Heroinarum aulicarum comitatu conducta fuit. *Feciales* primò præceſſêrunt *Gartierus Heraldorũ Rex* primus Creationis *Diploma* tulit. Deinde *Heroina Maria Thomæ* [illegible] honoraria ex veluto *Phœnicio* ſeu *Cremeſino* pellibus *Erminis* pellitam ſiniſtro brachio & circulum aureum dextrâ portauit. Hanc ſecuta eſt ipſa *Anna* prędicta paſſis ac reſolutis per humeros capillis, veſte interiori (quã *Surcot* dictitant) ex veluto *Phœniceo* coloris coccinei *Erminis* item duplicata, manicis anguſtioribus induta; media inter *Elizabetham Rutlandiæ* à dextrâ, et *Dorotheam Suſſexiæ* à ſiniſtrâ *Comitiſſas* incedens, ſubſecutæ ſunt *Heroinæ* & *Dominæ* quamplurimæ. Illa verò ſolium verſùs conducta, ter genua ſubmiſit, & ad regem accedens in genua procubuit. Rex diploma ſibi exhibitũ *Epiſcopo Wintonienſi*, *Secretario* perlegendum præbuit. Quod clara voce legendo, ad verba *Mantellæ inductionem*, Rex trabeam à *Domina Maria* porrectam *Annæ Marchioniſſæ* induit: ad verba *Circuli aurei*, capiti item circulum aureum impoſuit. *Diplomate* tandem perlecto, bina ſibi tradidit Rex, vnum, illud ſcilicet creationis in *Marchioniſſam* ſibi et hæredibus ſuis maſculis de corpore ſuo exeuntibus in perpetuum, alterũ de mille librarum reditu ad dignitatem ſuſtentandam annuatim percipiendo. Quibus tandem exactis, gratias Regi quã humilimas egit, et *Trabea* induta circuloq; capite redimito, magno Tubarũ clangore receſſit.

Ritus Marchionis *creandi & ceremoniæ, cum* Ducis *omninò quadrant, mutatis mutandis,* Marchiones *autem* Marchionem *&* Comitem *conductores habent; quod reliquum est differentiæ ex icone intuendum proponitur.*

MARCHIO



Diploma regium de Duce creando.

Exemplar literarum Patentium Edoardi vi. *Regis* Edoardum Seymour *in Ducem Sommerſet, creantis.*

EDOARDVS Dei gratia *Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ*, Rex, fidei Defenſor, &c. *Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Iuſtitiarijs, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris*, et omnibus *Balliuis* & fidelibus ſuis ad quos, &c. Salutem. Quum quidem nihil ſit quod principem magis deceat, quàm vt Munificium & liberalem ſe adhibeat, in eos potiſsimùm, qui de ſeipſo ſunt bene meriti, et laudabilia præſtitêrunt obſequia: Idcircò nos animo reuoluentes quot quantiſque obſequijs et maximis, nos cumulauerit præchariſsimus Auunculus noſter *Edwardus Hertfordiæ Comes*, eum ſanè cenſuimus dignum quem in ſublimiorem gradum eueheremus, non poſsimus quin pro tantis ſuis in nos meritis, aliquâ ex parte ſibi congrua redderemus præmia. SCIATIS igitur quod nos de gratia noſtra ſpeciali et ex certâ ſcientiâ et mero motu noſtris ac de auiſamento Conſilij noſtri prædictum *Comitem* in *Ducem Sommerſet* erigendo CREAMVS, inſignimus, præficimus et ordinamus. Ac nomen, titulum, ſtatum, ſtilum, et honorem, authoritatem, et dignitatem *Ducis Sommerſet* eidem *Comiti* DAMVS, et concedimus per præſentes, ac eum de nomine illo cum titulo, ſtatu, ſtilo, honore, authoritate, et dignitate, cæteriſque honoribus eidem appendentibus annex. per *Gladij Cinctur*ã, *Cappi & circuli aurei* impoſitionem in capite, et traditionem *Virgæ Aureæ* realiter inueſtimus. HABENDVM ET TENENDVM nomen, ſtilum, ſtatum, honorem, authoritatem, et dignitatem, *Ducis Summerſet* præfato Auunculo

" Auunculo noſtro et hæredibus maſculis de corpore ſuo
" et *Annæ* modò vxoris ſuæ iam procreatis ac de eâdem
" *Anna* deinceps legitimè procreandis ; Et ſi contingat
" dictum *Ducem* obire ſine hærede maſculo de corpore
" ſuo et dictę *Annæ* modò vxoris ſuę procreato aut in po-
" ſterum procreando, Volumus et concedimus quòd ſi
" morte eiuſdem *Ducis* hæredes maſculi de corpore ſuo
" et *Annæ* modò vxoris ſuę obeant ſiue moriantur, *Ed-*
" *ward Seymour* armiger filius dicti *Ducis* de corpore Ca-
" *tharinæ* defunctæ primæ vxoris eiuſdem *Ducis*, erit *Dux*
" *Sommerſet*, et geret, habebit, tenebit, et gaudebit ſibi prę-
" fato *Edwardo Seymour* et hæredibus maſculis de corpo-
" re eiuſdem *Edwardi* legitimè exeuntibus, nomen, ſtatũ,
" titulum, honorem, authoritatem, et dignitatem *Ducis*
" *Sommerſet* cum omnibus honoribus eidem Ducatui ap-
" pendentibus et annexis. Necnon per *Gladij Cincturam*,
" *Cappæ* & *Circuli aurei* impoſitionem in Capite, et tradi-
" tionem *Virgæ aureæ* realitèr inueſtietur. Et ſi contigerit
" prædictum *Edwardum* obire ſine hærede maſculo de
" corpore ſuo legitimè procreato, tunc volumus et con-
" cedimus quòd hæres maſculus nunc *Ducis* de corpore
" ſuo legitimè procreatus p aliquã aliam vxorẽ ſuam, quã
" in poſterum duxerit, erit *Dux Sommerſet*; ac geret, habe-
" bit, et gaudebit illi et hæredibus ſuis maſculis de cor-
" pore eius legitimè procreatis, Necnon ſtatum, ti-
" tulum, honorem, dignitatẽ, et authoritatem *Ducis Som-*
" *merſet* cum omnibus honoribus eidem *Duci* append. et
" annex. Necnon per *Gladij Cincturam*, *Cappæ* & *Circuli*
" *aurei* impoſitionem in Capite, et traditionem *Vir-*
" *gæ aureæ* realitèr inueſtietur. Et vt idem *Dux* et hære-
" des ſui prædicti iuxta dicti nominis *Ducis Sommerſet* de-
" centiam, et ſtatus ſui et eorum Nobilitatem, poſsint ho-
" norificentiùs ſe habere, Ac vt idem *Edwardus* et hære-
" des ſui prædicti, ſi contingant fore *Duces Sommerſet*, ſta-

tum

tum et Nobilitatem prædicti nominis *Ducis Sommerſet* poſsit et poſsint honorificentiùs ſe habere: Et pro defectu talis exitus, quod tunc hæredes maſculi de corpore dicti *Ducis* in poſterum procreandi de corpore alicuius vxoris quàm in poſterum duxerit, ſtatum et Nobilitatem prædicti nominis *Ducis Sommerſet* poſsint ſimiliter honorificentius ſe habere, dedimus, et conceſsimus, & per hanc præſentē chartam noſtram damus, & concedimus, et confirmamus pro nobis hæred. et ſucceſſor. noſtris præfato *Duci Sommerſet* quendam annualem redditum Quadraginta librarum bonæ & legalis monetæ *Angliæ* exeuntem de manerijs noſtris de *Crikerum* alias *Crokborne*, *Stokegerſey*, & *VVykeſitzpane*, ſiue eorum aliquo in dicto Com. noſtro de *Sommerſet* nuper parcell. poſſeſsionum *Henrici* nuper *Marchion. Oxon.* exiſten. & quæ ad manus prænobilis et inuictiſsimi Principis nuper Regis *Henrici* VIII. patris noſtri præchariſsimi, ratione attincturæ eiuſdem *Marchionis* de altâ proditione attinct. deuenêrunt et iam in manibus noſtris exiſtunt. HABENDVM gaudend. et percipiend. prædictum annualem redditum quadraginta librarum præfato *Duci Sommerſet* et hæredibus ſuis prædictis, Ad feſta annunciationis *Beatæ Mariæ Virginis* et Sancti *Michaëlis Archangeli*, æquis portionibus annuatim ſoluend. per manus *Receptorum*, *Firmariorum*, *Tenentium*, & aliorum quorumcunque occupatorum *Maneriorum*, *Terrarum*, *Tent.* noſtrorum prædictorum ſiue eorum alicuius inde parcellæ remanen. & inde pro defectu talis exitus, præfato *Edwardo* & hæredibus maſculis de corpore ſuo legitimè procreatis; Et pro defectu talis exitus, remanere inde hæredibus maſculis dicti *Ducis* de corpore ſuo per aliquam aliam vxorem eius quàm in poſterum duxerit. Et quod hæ literæ noſtræ patentes vel irrotulament. earundem ſuper ſolam demonſtrationem

" onem earum ſeu irrotulament. eorumdem erunt annu
" atim et de tempore in tempus tam *Cancellario* & *Concilio*
" noſtro *Curiæ* Augmentation. et *Reuencion*. Coronæ no-
" ſtrę pro tempore exiſten. quàm omnibus alijs *Miniſtris*,
" *Receptoribus*, et alijs officiarijs noſtris hæred. et ſucceſ-
" ſoribus quibuſcunque pro tempore exiſten. ſufficiens
" warrant. et exoneratio in hac parte allocand. et ſoluen-
" do dict. annual. redditum quadraginta librarum præfa-
" to *Duci* et hæredibus ſuis prædictis. Et pro defectu talis
" exitus, dicto *Edwardo Seymour* et hæredibus maſculis
" de corpore ſuo legitimè procreatis. Et pro defectu ta-
" lis exitus, hæredibus maſculis eiuſdem *Ducis* de corpo-
" re ſuo legitimè procreat. per aliquam aliam vxorem ſu-
" am quàm in poſterum duxerit. Et ſi contingat dictum
" annualem redditum XL. lib. ſeu aliquam inde parcel-
" lam à retrò fore ad aliquod feſtum feſtorum prædicto-
" rum in quo vt præfertur ſolui debeat: tunc concedimus
" pro nobis hęredibus et ſucceſſoribus noſtris eidem *Du-*
" *ci* & hæredibus ſuis prædictis et eorum cuilibet, Et pro
" defectu talis exitus dicto *Edwardo Seymour*, et hæredi-
" bus ſuis prædictis, & pro defectu talis exitus prædict.
" hæred. dict. *Ducis* quos de tempore alicuius alterius
" vxoris ſuæ quàm in poſterum duxerit et eorum cuili-
" bet, in prædicta *Maneria* et eorum quodlibet ac in om-
" nia & ſingula prędict. terras et tenement. ſeu aliquam
" earundem *Maneriarum*, terrarum ſeu tent. parcellã in-
" trare et ibidem diſtringere, diſtrictioneſque ſic ibidem
" per eos ſeu eorum aliquem capt. ab inde effugare, abdu-
" cere, aſportare, imparcare, et penès ſeipſos et eorum
" quemlibet retinere, quouſque prędict. annual. reddit.
" XL. lib. vnà cum arreragijs (inde ſi quę fuerint) præfa-
" to *Duci* et Hęredibus ſuis prędictis ſeu dict. *Edwardo* vel
" hęredibus ſuis prędict. vel hęredibus dicti *Ducis* ſeu eo-
" rum vni plenè et integrè content. et perſolut. fuerint

per

per nos hæred. & ſucceſſ. noſtros, vel aſsignatos noſtros, hæred. vel ſucceſſ. noſtrorum. Eò quod expreſſa mentio, &c. Hijs teſtibus Reuerend. in *Chriſto* patre *Th. Cantuar. Archiepiſcopo* totius *Angliæ* Primate, et Metropolitano, et prædilectis et fidelibus Conſiliarijs noſtris *Gulielmo Paulet Milite, Domino S. Iohn, Magno Magiſtro Hoſpitij* noſtri &c. *Iohanne Ruſſell Milite, Domino Ruſſell* Cuſtod. priuat. *Sigilli noſtri*. Necnon Chariſsimis Conſanguineis noſtris, *Henrico Arundelliæ* et *Franciſco Salopiæ Comitibus*, &c. Dat. per manum noſtram apud *Turrim London*. XVI. *Febr.*

Ed. 6. 1. per ipſum Regem.

Ducis creandi ritus.

ANNO MDXLVII. menſis *Februarij* XVII. atque *Edwardi* eius noſtris VI. primo. Proceribus in Arce *Londinenſi* conuocatis, *Edwardus Seymour* præfatus *Hertfordiæ Comes*, Regiſque Auunculus et Regni Protector, cum alijs ad diuerſa Nobilitatis faſtigia euectis, in *Ducem Sommerſettenſem* hoc modo creatur. Ipſo primò *Toga* interiori honorariâ veſtito, præibant *Caduceatores* ſiue *Heraldi* Regijs paludamentis ſuperinduti, quorũ Corypheus, *Gartierus Diploma* ſolus item inſequendo geſtauit, A dextrâ *Comes Salopiæ*, *Virgam auream*, à ſiniſtrâ *Oxoniæ Comes*, *Pileum Ducalem* cum *Circulo* aureo geſtantes ſimul coibant. quos proximè ſecutus eſt *Comes Arundeliæ*, *Gladium* erecto manubrio gerens. Tandem ipſe *Hereforædi Comes*, inter *Ducem Suffolciæ* et *Dorceſtriæ Marchionem* medius conducitur. Quùm in hunc modum (indumentis honorarijs

" rarijs veſtiti in *Cameram Salutatoriam* (*Præſentiæ* dicimus) ventum fuit, trinâ reuerentiâ Regem ſolio ſedentem adeunt. *Comes* protinùs in genua procumbens reliquos circumſtantes habuit. *Gartierus Armorum Rex*, Chartam *Baroni Pagetto* regio *Secretario* tradidit, ipſe eandem Regi porrexit qui iterùm altâ voce legendam reddidit. Quùm ad verba ventum fuit (*Inueſtiuimus*) Rex *Comitem Ducem Chlamyde* induit: et ad verba (*Gladio cinctur auimus*) enſe eum accinxit; ad (*Cappæ & Circuli aurei impoſitionem*) Rex itidem propriâ manu pileum capiti *aureo circulo* decoratum impoſuit: ad illa tandèm, (*Virgæ aureæ traditionem*) Rex ipſe ſibi in manu dedit *Virgam*. Tunc quod reliquum fuit Secretarius perlegit. adùſque diplomatis finem, quo *Comitem* ipſum *Hertfordiæ* in *Ducẽ Sommerſettenſẽ* pronunciauit, quùm Rex ſtatim cuſtodiendum *Duci* dedit; qui poſt Regię Maieſtati ob tantam acceptam dignitatẽ gratias; dum Proceres alios item creandos introducturi reuertuntur, ſolio in hunc modum amictus adſtitit.

Habitus Ducalis.

Diploma Regium de Principe Walliæ creando.

Exemplar literarum Patentium Henrici VIII. *Regis.* Edwardum *primogenitum ſuum in* Principem VValliæ & Ceſtrię Comitem *creantis.*

HENRICVS Dei gratia *Angliæ*, & *Franciæ*, Rex, Dominus *Hiberniæ*, &c. *Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Iuſticiarijs, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris,* & omnibus *Balliuis*, et fidelibus ſuis Salutem. De Serenitate regalis præeminentiæ velut ex ſole radij ſic inferiores prodeunt, nec regiæ claritatis integritas, de luce lucem præferens ex lucis diſpoſitione, immoratæ lucis ſentit detrimenta ; immò tanto magis Regale ſceptrum extollitur, et ſolium Regium ſublimatur, quanto tribunali ſuo plures ſubſunt Proceres eminentiæ et claritatis.

Hæc autẽ cõſideratio cõdigna, nos qui nominis et honoris *Edwardi* primogeniti noſtri Chariſsimi appetimus incrementum, in quo potius Noſmetipſos conſpicimus honorari, et Domum noſtram Regiam, et ſubditum nobis populum : ſperantes per Dei gratiam (ſumptâ de gratioſis ſuis futuris auſpitijs coniecturâ) honorificè roborari allicit, et inducit, vt ipſum qui reputatione noſtri cenſetur eadem perſona nobiſcum, præueniamus honore, et fœcundâ gratiâ proſequamur. De Conſilio itaq; et conſenſu Prælatorũ, *Ducũ*, *Comitũ*, *Vicecomitum* et *Baronum* Regni noſtri in *Parlamento* præſenti noſtro exiſtentiũ, ipſũ *Edwardũ Principẽ Walliæ* & *Comitem Ceſtriæ* fecimus et creauimus ac per præſentes facimus, et creamus. Ac eidem *Edwardo*, Nomen, ſtilũ, titulũ, ſtatum,

" tum, dignitatem, et honorem principatus, et Comitatus eorundẽ, damus et concedimus, et per chartam hanc " noſtram confirmauimus. Ac ipſum de ijſdem principatu et Comitatu, vt ibidem præficiendo præſideat, et " præſidendo ipſas partes dirigat et defendat, per *Sertum* " in Capite, *Annulum* in digito *aureum*, & *Virgam auream* " inueſtiuimus iuxta morem. HABENDVM ſibi et hæredibus ſuis Regibus *Angliæ* in perpetuum. Quare volumus, et firmiter præcipimus, pro nobis et hæredibus " noſtris, quòd prædict. *Edwardus* filius noſter habeat nomen, ſtilum, titulum, ſtatum, dignitatem, et honorem " *Principatus VValliæ*, Et *Comitatus Ceſtriæ* prædictorum, ſibi et hæredibus ſuis Regibus *Angliæ* vt prædictum eſt " in perpetuum. Hijs teſtibus, Venerabilibus patribus, *Iohanne Cardinali*, et *Archiepiſcopo Cantuar.* totius *Angliæ* " primat. *Cancellario* noſtro, et *Gulielmo Eborum Archiepiſcopo*, *Angliæ* Primate, *Tho. London. Io. Lincoln.* & *VV. Norw. Epiſcopis*, Chariſsimis Conſanguineis *Ricõ Eboracenſi*, et *Humfredo Buckinghamenſi*, *Ducibus.* Chariſsimis Conſanguineis noſtris, *Ricõ VVarwici Rich. Sarum*, " *I. VVilshire Comitibus*, ac dilectis et fidelibus noſtris, " *Radulpho Cromwell*, *Camerario Hoſpitij* noſtri, *Gulielmo Faulconbridge*, & *Iohanne Stourton Militibus*, et alijs. Dat. " apud Palatiũ noſtrum *VVeſtmonaſterij* XV. die Martij, " Regni noſtri triceſimo ſecundo.

Per ipſum Regem & Conſilium.

Ad

Ad Principis Walliæ *Creationem conducentia.*

PRIMO, Habitus honorarius (viz.) Trabea ex veluto tyrio, vlnarum plus minus XVIII. laciniâ aureâ obducta, & pellibus Erminis duplicata.

Toga interior XIIII. plus minùs vlnarum, ex veluto; colore, lacinja, et pellibus ijsdem.

Teniæ, fibulæ, & quas vocant Tassellæ, ornamenta ex serico tyrij coloris et auro contexta.

Baltheus quoque ex serico, ad Togam interiorem constringendam.

Ensis serico tyrio et auro vaginatus, baltheoque simili adornatus quo, cinctus incedit, *Ducem* se *Cornubiæ* natiuitate non creatione ostendens.

Cappa siue pileus ex eodem quo Trabea holoserico, murum ponticorum quoque pellibus pellita, cum tenijs in vertice fibulâ et tassellis auro veneto factis.

Sertum

Sertum, vel *Coronula* aurea, capiti cum in Cappa induendum.

Virga aurea prælonga præfecturã denotans.

Annulus item aureus medico digito leuæ imponendus, quo nuptias cum æquitate et iuſtitia initas deſignat.

Iſta omnia magnifico apparatu ad *Edwardum Henrici* VIII. Regis filium in *Principem Walliæ* regio pene faſtu ordinata fuerunt. Verum morte paternâ præuentus, in Regem ſacrari oportuit, eius nominis ſextum. Formam itaque cum ritibus in Principatum auſpicandi ex præcedentibus animaduertere licebit.

PRINCEPS WALLIAE

DE MAIESTATE REGIA *inaugurandâ.*

De Diplomatibus et Rescriptis ad Parlamenta Summonitorijs, quibus Nobilitatẽ nominatã, sola εὐδοκία & mero (vt loquuntur) motu Reges Angliæ conferre solent, diximus; ad ritus tandem et Regum ipsorum inaugurandi Cæremonias pro more nostro sacrandorũ peruenimus, de quibus iam pauca dicenda.

REGIA profectò dignitate nihil excellentius, si vel nominis apud Gentes, aut in sacris Maiestatem respexerimus. Très autem summarum dignitatum gradus *Romani* antiquitùs constituêrunt, quorum omnium suprema potestas regia fuit. Post regem, Dictatura: Imperium tertio gradu subsequitur. *Iulius* ille *Cæsar* quùm sæpiùs post partã victoriã *Imperator* ab exercitu salutatus esset: non tamen *Imperatoris*, sed *Dictatoris* nomen vsurpauit, nomen enim Regium post *Tarquinium*, aliquandiù in vrbe odium contraxerat. Cæterùm, cùm in *Parthos* expeditionem moliretur, se Regem salutari affectauit: libris Sibyllinis contineri asserens, *Parthos* non nisi à Rege superari posse.

Dictatoris summa potestas eadem per omnia fuit, quàm Regiæ Dominationis æmulam dixeris. Hæc postea in Magistrũ Ciuium (teste Varrone) commutata fuit; qualem Ciuitatis Decurionem Germani (**Burgue Meistre**) dictitant.

Imperatoris primò in exercitu munus et nudum nomen, Dignitas tandem præ cæteris augustiſsima euaſit. ita tamen concidit, vt ſolâ Regum poteſtate orbis Chriſtiani Maieſtas et magnificentia ſuſtineatur; quorum ſolis quatuor antiquitùs proprium fuiſſe inungi ſcriptum eſt. Hieroſolymitano ſcilicet, *Anglorum, Francorum* & *Siculorum* Regibus.

Francorum Reges intra regni ſui limites *Imperatores* inſcribi aiunt ſcriptores *Gallici*. *Angliæ* item Monarchã in *Anglia* dici aſſerit *Chaſſaneus*. Et ſi glorioſum *Galliæ* regibus nomen *Chriſtianiſſimi*, & *Hiſpaniæ*, *Catholici*; habent et *Angliæ*, quod ſibi ipſis gratulentur, *Fidei* nempe *Chriſtianæ* & *Catholicæ* non tantùm titulo tenùs *Defenſores* nominari, ſed (inconcuſſâ Maieſtate) *Propugnatores* ab vtriſque agnoſci. Cæterùm de attributis non libet concertare. Quùm autem dignitatem regalem ſoli Deo acceptam referant Reges *Angliæ*, eaque ſucceſsione hæreditariâ, ſolâ Dei gratiâ (quod aiunt) illis acquiratur; Populi ſuffragijs confirmatam tenent; coronandi, ſacrandi & invngendi formam & Cæremonijs requiſitis. Quod quùm olim (Regno *Danicis* bellis convulſo) ſæpe *Kingſtoni* ad *Thameſim*: Nunc *VVeſtmonaſterij*, vrbi *Londinenſi* ciuitate contiguâ fieri conſueuit, ad formam ſubſequentem.

Deſcripta

Breuis descriptio pompæ & cæremoniarum in inauguratione Edwardi *sexti Regis Angliæ iuxta ritum antiquum in Regibus Angliæ sacrandis.*

MORTVO *Henrico Angliæ* Rege inuictissimo eius nominis octauo, qui è vita *VVestmonasterij* XXVIII. *Ianuarij* MDXLVI. Regni sui Anno XXXVIII. migrauit: *Comes Hertfordiæ Edwardus Seymour, Edwardi* Regis avunculus, plurimis totius Regni Magnatibus concomitatus, *Enfeldiam* (in Agro *Midlesexiano*) ad ipsum *Edwardum*, nunc tandem *Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ*, (*Henrici* patris iure successorio) Regem illicò profectus est. Quem inde die lunę sequenti (Januarij scilicet vltimo) ad arcem *Londinensem* summâ Ciuitatis Populique passim applausu deduxit.

Eodem die è Tabulato edito mediâ *VVestmonasterij* Aulâ prætorianâ exstructo, Feciales (Tubarum clangore) *Henrici* octaui Regis præfati mortem, et *Edwardi* sexti Regis futuram inaugurationem, ex *Diplomate* regio, magno regni sigillo munito, promulgârunt. Datum autem *Diploma* XXXI. Ianuarij, & *Edwardi* Regis anno primo.

Die Veneris insequente (quarto nempe Februarij) per celeberrima Ciuitatis *Londinensis* loca, per feciales proclamatum est, et significatum, vt quicunque feudali iure in Regum Coronationibus obsequia seu seruitia

præstare tenerentur; Regijs Comissarijs ideo designatis, in Aulâ albâ septimo Februarij petitiones exhiberẽt, qui sua cuique iura et seruitia, in vicesimum eius Mensis diem (Coronationi regiæ destinatum) pro Regni antiquâ consuetudine determinarent.

Die Iouis (qui primus fuit Februarij) Proceres Regnique Magnates in Cameram quam vocant Præsentiæ congregati, ordine quisque suo Regi solio sedenti reuerentiam et obsequium singuli præstabant, manus illi osculando atque dicendo *Viuat Maiestas Regia.*

Deinde *Cancellarius*, patris defuncti Testamentum et Executorum nomina sibi exposuit: et quia per ætatem Regni nondum habenas moderari valebat (decimum iam annum agebat) *Comitem Hertfordiæ* Auunculum suum Personæ tutorem & Regni Protectorem communibus suffragijs electum narrauit. Quod cum Rex approbasset, Comesque Prouinciam illam non recusaret, simùl & sæpiùs ingeminârunt, Viuat Rex noster *Edwardus*, Viuat Maiestas Regia.

Die proximâ (Veneris scilicet) ad Cameram quam *Stellatam* nominant, conuenientes Magnates, ibidem Regi fidem iureiurando astrinxêrunt, quo etiam loco & tempore, Rotulorũ Magister, et *Cancellariæ* primarij officiarij iurârunt se verè et candidè Testamentum prædicti *Henrici* Regis demortui, eius nominis octaui in acta relaturos.

Insequente Dominico, Rex ab Avunculo Protectore, baltheo militari cinctus, pro more fit Eques auratus, qui statim ijsdem ceremonijs, Prætorem *Londinensem* et alios quosdam Milites creauit.

Die autem Lunæ, Commissarij re satis deliberatâ, & lectis vtrinque Petitionibus, sententias tulêrunt de obsequijs in Coronatione pro more præstandis, de quibus posteà suo loco atque ordine dicendum.

Dies

Dies mercurij ſubſequens, in Exequiarum iuſtis ac ritibus *Henrici* regis octaui magnificè exequendis totus impenditur. Quibus peractis, de nouo Rege ſacrando deliberatum eſt. Et primùm ad maiorem pompæ celebritatem *Herefordiæ Comes*, Titulo *Ducatus Sommerſettenſis* inſignitur: alijque titulis honorarijs multâ ſolennitate exornantur.

A prandio, Equites Georgiani ſiue ordinis Periſcelidis in Conclaui regio ſe congregârunt. Vbi Rex eius ordinis ornamentis veſtitus, *Supremus* iure ſedebat, & in ordinis ſodalitium iunctis ſuffragijs, *Marchionem Dorſettenſem*, *Comitem Derbienſem* et alios adſciuit.

Die tandem Saturni, decimo nono ſcilicet Februarij, Rex Pompâ magnificẽtiſsimâ ab arce *Londinenſi* ad Palatium *Weſtmonaſterij* per mediam vrbem profectus eſt, tormentis bellicis cùm ex arce, tùm è nauibus vndiquàque intonantibus.

Hoc ordine proceſſêrunt.

PRIMVM Nuntij Regij omnes bini.

Deinde Nobiles minorum gentium vel Generoſi, bini.

Serui legatorum extraneorum item bini.

Tubicines magno clangore vtrinque ſonantes.

Nobiles corporis regij cuſtodes, quos pro corpore *Armigeros* nuncupamus.

Equites aurati qui *Baccalaurei Milites* dicti.

Capellani maiores.

Minores filij procerum bellicis equis inſidentes.

Senatores ſiue *Aldermanni Londinenſes*.

Conſilij ſanctioris ab Epiſtolis.

Regis Secretarij.

Scriniorum ſanctiorum Præfectus, vulgò *Rotulorum Magiſter.*

Milites *Balnei.*

Sanctioris Conſilij Regis Conſiliarij.

Milites *Banneretti.*

Equites ordinis *Georgiani*, qui *Barones* dignitate non erant.

Vicecomitum filij.

Comitum & *Marchionum* filij minores.

Barones.

Filij *Comitum* natu maximi.

Vicomites.

Epiſcopi.

Marchionum filij natu maximi.

Ducum filij natu minores.

Comites.

Ducum filij natu maximi.

Marchiones.

Duces.

Controrotulator, ſiue Cenſor Domus Regiæ, et Legatus *Venetorum.*

Quæſtor Domus Regiæ, & alter legatorum Princip. Proteſtãtium.

Eleemoſynarius Regis et alter legatorum Principum Proteſtantium.

Dominus *Gulielmus Paget* Secretarius, cum *Duce Philippo.*

Admiralius *Angliæ* cum altero Legatorum *Scotiæ.*

Cuſtos Sigilli Priuati cum alio legato *Scotiæ.*

Præfectus Palatij ſiue ſummus Magiſter Aulæ cum *Barone* de la Garde *Gallo.*

Cancellarius Angliæ cum legato *Galliæ.*

Archiepiſcopus Cantuarienſis cum legato *Imperatoris.*

Nobiles duo atrienſes, *Normaniæ Ducatum* & *Aquitaniæ*

niæ repræsentes, vestiti trabeis Coccineis cum pilejs honorarijs, gestantes transuersùm pallia ex veluto coccineo *Mineuerio* pellita.

Gartierus Rex Armorum, indutus paludamento & Prætor Ciuitatis *Londinensis* Præturæ sceptrum ferens.

Seruientes ad arma, et *Heraldi* ex vtrâque parte.

Comestabilis *Angliæ* qui pro tempore *Marchio Dorsettensis* fuit, ensem gestabat, ad cuius dextram *Comes Warwici* vt *Camerarius Angliæ*, ad læuam *Comes Arundeliæ*, *Comitis Marescalli* vicem gerens.

Dux Sommersettensis regni *Protector* parùm ante Regem ad læuam præibat.

Ipsa Regia Maiestas sub *Conopeo* siue *Tholo* à sex equitibus auratis gestato, (ijs qui à pedibus erant, circumfusis) quamque duo Anteambulones Nobiles, bacillis albis prcedebant.

Subsequebatur *Hippocomus* siue *Magister Equitum* cum Equo honorario magnificè ornato.

Deinde nouem honorarij iuuenes (quos **Henchmen** vocamus) nudis capitibus, equis honorarijs insidentes, quos secutus est *Franciscus Brianus* eorum præfectus.

Nobiles Regi in priuato cubiculo astipulantes.

Stipendiarij Nobiles cum securibus *Polonis*, constipabant vtrinque ab illis atrensibus qui *Normaniam* et *Aquitataniam* repræsentabant ad satellitium vsque.

Præfectus Satellitum cum suâ satellitum cohorte.

Agmen claudebant famuli procerum et Nobilium pro dignitate Dominorum.

Hoc ordine ventum est per mediam vrbem ad Palatium *Westmonasterium*: Pegmata intereà et spectacula varia vbiq; exhibita, orationes habitas, &c. de industria (breuitati studens) omitto.

Die Dominicâ, vicesimo *Februarij* horâ nonâ, à Palatio Rex versùs aulam Prætorianam *Westmonasterien*sem secun-

secundo flumine deuehitur, vbi primum in *Camera Curiæ Augmentationum* (quę nunc pupillorum siue *VVardorum* Curia dicitur) induit se trabeâ ex coccineo veluto, syrmate longo, pellibus ermilinis. Toga interior ex eodem, pelli mineueriâ, vndique auro fimbriata. Hæc, *Parlamentaria vestimenta* vocabantur, pileum verò ex veluto nigro, capite gestabat. Proceres itidem vestimentis honorarijs induti, regalem Maiestatem inde ad Cathedram in aula *VVestmonasterien*si marmoream concomitati sunt, et inde ad thronum in Ecclesiâ sancti *Petri VVestmonasterij* exstructum. Via verò quâ incedebat ab Eleemosynario regio tota panno cæruleo strata fuit.

Hoc ordine procedebant.

ENEROSI omnes bini.
Armigeri cuncti, item bini.
Equites aurati vel *Baccalaurei Milites.*
Secretarij linguæ *Latinæ* & *Gallicæ.*
Senatores *Londinenses* seu *Aldermanni.*
Primarius ostiarius siue anteambulo, solus.
Tres Cruces.
Chorus Ecclesiæ *VVestmonasterien*sis in pallijs sacris.
Subdiaconus Capellæ regiæ, et eiusdem Choristæ.
Episcopi in Pontificalibus.
Cancellarius Augmentationum et Secretarius *Venetorum.*
Præfectus *Guarderobæ* cum *Duce Philippo.*
Controrotulator Aulę regiæ cum *Legato Scotiæ.*
Quæstor Aulæ regiæ cum altero *Legato Scotiæ.*
Eleemosy-

Eleemosynarius cum *Legato Galliæ.*

Secretarius *Petrus*, cum altero *Galliæ Legato.*

Secretarius *Pagettus* cum *Imperatoris Legato.*

Gartierus Rex Armorum, et Ciuitatis *Londinensis* Prætor.

Comes Rutlandiæ calcaria Sancti *Edwardi*, & cum illo *Comes Huntingtoniæ* baculum Sancti *Edwardi* gestantes.

Deinde tres gladij districti, primus gestabatur à *Barone* de Sancto *Iohanne*, magno Aulæ Magistro; Secundus à *Barone Russellio* priuati Sigilli Custode, tertius quę vocatur *Cortayna* in medio à *Comite Derbiensi.*

Ensis item vagina reconditus præferebatur, cui ad lęuam adiunctus erat *Comes Arundeliæ*, vt *Comes Mareschallus* vice Protectoris.

Dux Sommersettensis regni protector coronam tulit cuius dextrum latus *Dux Suffolciæ* cum globo et cruce aureâ, sinistrum *Marchio Dorsettensis* cum sceptro claudebant.

Regia tandem Maiestas sub tholo siue Conopeo quod quinque Portuum *Barones* (antiquo iure) sustulêrunt, incedebat, ad dextram ab *Episcopo Dunelmense*, ad lęuam à Comite *Salopiæ* sustentatus.

Comes VVarwicensis vt magnus *Angliæ Camerarius* regium syrma sustinebat, cui assistebant hinc *Marchio Northamptoniæ*, inde *Baro Seymour de Sudeley* Admiralius *Angliæ*, vterque à priuato regis cubiculo.

Nobiles à cubiculo priuato.

Proceres regni trabeis quisque pro suo loco et antiquitate induti, quos Nobiles Pensionarij, Præfectus Satellitum, et Satellites sequebantur.

Rex hoc ordine ad diui *Petri* Ecclesiam deductus in Cathedra Sancti *Edwardi* Regis, medio Throno septẽ gradibus eleuato locatur. Thronus in contabulato ex vtraque parte gradibus edito, tapetis et aulęis attalicis constrato

conſtrato iuxta Altare erectus fuit. Vbi poſteàquam Rex pauliſper quieuiſſet, aliâ per Nobiles atrienſes ad quatuor contabulati partes, Cathedrâ vectus, ab *Archiepiſcopo Cantuarienſi* (circumfuſo populo) legitimus *Angliæ, Franciæ*, & *Hiberniæ*, iure diuino et humano Rex oſtenditur; eoque die coronandus, ſacrandus et inungendus promulgatur. Cui an obedirent et inſeruirent rogatur? à quibus denuò acclamatũ eſt, Viuat Rex, Maieſtas Regia ſemper viuat.

Hoc facto in Throni Cathedrâ iterùm repoſitus, Cantante choro Antiphonam, inde ad Altare deſcendens, Pallium obtulit Rex, et nummos argenteos (nempe ſolidos viginti) deinde ad altare pronus procubuit, *Archiepiſcopo* preces quaſdam, *Deus fidelium, &c.* effundente. Deinde iuſiurandum conceptis verbis Regi coram populo iurauit.

Rege ibidem iterùm proſtrato, *Archiepiſcopus* flexis genibus hymnum incæpit, *Veni Creator ſpiritus, &c.* aliaſque ſuper Regem preces recitauit, duobus *Epiſcopis* Litaniam incipientibus, quâ tandem finitâ, Rex aſſurgit, ad Thronum redijt, et inde ad Seceſſum vulgò **a Trauers** deductus eſt. Vbi omnibus prioribus veſtimentis exutus, à magno *Angliæ Camerario* alijs indutus eſt, tunicâ nempe crimoſinâ, à tergo et à pectore, ſcapulis et cubitis, apertâ, cum lineo pileolo in capite, auro contexto. Intereà *Cancellarius* è contabulato veniam generalem Regis populo promulgauit.

Rex ad Thronum è ſeceſſu reductus et inde ad Altare ſub panno aureo (anſulis tunicæ et Camiſiæ apertis) in palmis, pectore, inter ſcapulas, in brachiorum compagibus, et in vertice, ab *Archiepiſcopo*, Oleo ſacro et Chriſmate inunctus eſt, conceptis ad Deum precibus et Choro interìm antiphonam cantante *Vnxerunt Salomonem, &c.*

Poſt

Poſt inunctionem (emuncto leuitèr oleo) ab *Archiepiſcopo* aperturæ Tunicæ et Camiſiæ clauſæ fuêrunt, eiuſque manus induit lineis Chirothecis, et lineo pileolo caput, (à magno Camerario allatis) deductuſque iterum ad ſeceſſum Trabeâ regiâ reueſtitus.

Tandem ad Altare reuerſus, Gladium quo cinctus erat obtulit, quinq; libris monetæ poſteà redimendum: deinde conſecrantur Regalia. Regi ante Altare ſedenti, *Archipiſcopus* et Protector tres Coronas attulêrunt.

(Prima, Sancti *Edwardi* Regis Corona fuit.

Altera, Regum *Angliæ* antiquum Diadema regale.

Tertia pretioſiſsima, in illum diem vſumque facta, regioque capiti aptata.) Quæ viciſsim capiti ſuo impoſitæ magno tubarum clangore & populi applauſu. Choro etiam *Te Deum* &c. modulante, Archiepiſcopus digito medico manus dextræ Regis annulum impoſuit: Armillis item et id genus alijs precioſiſsimis à Præfecto Iocalium exornabatur.

Comes Salopiæ Sceptrum in manum dedit Regis.

Archiepiſcopus, Sancti *Edwardi* Regis Bacillum.

Comes Rutlandiæ calcaria aurea obtulit.

Dux Suffolciæ globum aureum exhibuit.

Comes Oxoniæ Regalia tradidit.

In hunc modum omnibus ornamentis Regalibus ornatus, Trabeâ ſcilicet indutus, Diademate in Capite redimitus, ſceptrum dextrâ globumque aureum ſiniſtrâ ferens, ad Thronum deductus, in cathedrâ Sancti Regis *Edwardi* ſe compoſuit. Vbi primus *Dux Sommerſettenſis Angliæ* Protector, flexis poplitibus homagium debitũ, & fidelitatem Regi et hæredibus ſuis *Angliæ* Regibus conceptis verbis præſtitit. Quem ſequutus eſt *Archiepiſcopus Cantuarienſis* et genum Regis oſculatus eſt. Idem denuò fecêrunt reliqui proceres et magnates omnes, qui poterant. Qui autem circumfuſi (qui temporis anguſtijs

anguſtijs excluſi accedere nequiuerant) Protectore flexis genibus homagium pronuntiante, ſublatis manibus, *Viuat Rex noſter Edwardus Sextus*, conclamârunt.

Re denique ſacrâ ab *Archiepiſcopo* & duobus *Epiſcopis* peractâ, Rex viciſsim tempore oblationis ad altare deſcendit, vbi in patinâ Sancti *Edwardi* calicis cruſtulum ſacratum, vini ſimpulum, & auri pondo obtulit, et tum, capite inclinato, preces *Archiepiſcopus* effudit et Regi benedixit, et ita ad Thronũ reuerſus *Pacem* oblatam ibidem oſculatus eſt.

Poſtremò ad Altare deductus *Archiepiſcopus* Diadema è capite tollens altari impoſuit, inde Rex in ſeceſſum ſe recipiens, Regalia Decano *VVeſtmonaſterienſi*, altari imponenda tradidit, et togâ interiori (vulgo *Surcote*) purpureo, erminis pellito, coronam capite geſtans ad Aulam Prętoriam *VVeſtmonaſterienſem* eodem quo diximus ordine reuerſus, in Camera illa quam *VVardorum* pupillorumq; Curiam nuncupamus, aliquantiſper ſubſtitit, quoad menſæ regio more inſtructæ eſſent. Aulæ tunc temporis apparatum magnificũ, menſarum multitudinem, Ferculorum et pulpamentorum Varietatem, atque epuli opiparam magnificentiam, libens prętereo.

Hoc tamen operæpretium eſt memorare: *Comites Oxoniæ* & *Hũtingdoniæ* aquam Regi miniſtrabant. *Huntingtonus* verò præguſtauit.

Rutlandiæ verò *Comes* mantile tenebat.

Marchio Northamptoniæ cibos pręſecabat, et pręguſtabat.

Comes Suſſexiæ primi ferculorum apparatus anteambulo fuit & diſpoſitor.

Ante primum ferculorum apparatum *Marchio Dorſettenſis* eo tempore *Comeſtabilis Angliæ* cum argenteo officij Bacillo et *Comes Arundeliæ* cũ Mariſcallatus virgâ in

in Equis phaleratis vecti panno aureo induti aulam intrabant.

Quatuor gladij toto prædijtẽpore ante regẽ gerebãtur. *Legati*, *Episcopi*, *Proceres*, *Prætor Ciuitatis Londini*, *Barones* quinque Portuum, &c. in eâdem Aula ad mensas suo ordine dispositi.

Post secundum Ferculorum apparatum Regius Agonista (*Dimmocus* cognomine) Eques auratus vndique armatus Equo insidens bellico, pannis aureis phalerato, paludato Feciali comitatus ingressus est. Qui primò, gressu glomerante, superbo, ad Regem se contulit, ipsumq; summa obseruantiâ adoratus est. Deinde equum concitando ouantem, quatèr per Aulam clangente tuba ad Duellum prouocauit, si quis nimirum *Edwardum* eius nominis *Sextum Angliæ*, *Franciæ*, & *Hiberniæ* verum, indubitatum, legitimumq; Regem negaret. Totiesque chyrothecam militarem arrham proiecit humi, quâm quùm nemo attolleret, Fecialis ipsi reddidit.

Quo facto Rex poculo aureo sibi propinauit, accepit illè gratantèr poculumque feudali iure sibi debitum vendicando discessit.

Postremo *Gartierus* Rex armorum cum Fecialibus coram Rege ter genua flectendo stylum regium *Latine*, *Gallice*, atque *Anglice*, clara voce conceptis verbis in hunc modũ proclamauit. Largesse, Sereniſsimi Potentiſsimi ac inuictiſsimi Principis Regisq; victoriosissimi *Edwardi* sexti dei gratia *Angliæ*, *Franciæ*, & *Hiberniæ* Regis, fidei defensoris, et in terra sub Christo Ecclesiæ *Anglicanæ* & *Hibernicæ* capitis summi: Nobiliſsimi *Gartieriani* ordinis atque militiæ supremi.

Quod ipsum quùm *Gallice* & *Anglice*, & tribus aliâs per aulam locis recitasset, simul sæpius Largesse conclamitantes recedunt.

Sub epuli finem vinum aromaticum (vulgo *Ypocras*)

Cyatho aureo Prætor *Londinenſis* Regi bibendum pro more exhibuit. Quod poſteaquàm deguſtaſſet, Cyathũ iure feudali debitum Prætori donauit.

Quod reliquum fuit, in Equitibus Balnei alijſq; Militibus creandis, et in haſtiludijs cõſtituendis, tẽpus impendebatur. Quę (cùm mei non ſint inſtituti) omitto, vti etiam muſicam multiplicem, ſpectacula varia, aliaque infinita quæ magnificentiam huius inaugurationis mirificè ornârunt. De quibus fuſiùs dicant, qui vel eandem vel Sereniſsimę Reginæ *Elizabethæ* inopinatâ & ſtupẽdâ Regni Felicitate, Populique vndique applauſu lætitiâque Coronationis Pompam auguſtiſsimam vidêrunt.

Centrum hic ponimus & Nobilitatis Politicæ Fundamentum, cui omnes Nobilitatis gradus, immediatè, aut facultate tranſmiſſoriâ, mediatè acceptos referimus.

REGIA MAIESTAS



NOBILES hactenùs nominati quales fuerint apud nos, descripsi. *Diplomatum* & *Rescriptorum* formulas exhibui. Quibus ceremonijs pro more nostro inaugurentur, Regumq; ipsorum Sacrandorum Maiestatem demonstrauimus. Hîc iam de Magnatum præcedendi iure et Priuilegijs campus mihi amplissimus. Cæterùm, quùm *Consuetudine* potiùs quàm *Legibus* vt plurimùm nitantur, nonnulla datâ operâ omisi. Eò vsque progrediens quò me statuta Regni securum tueantur.

¶ *Statutum Parlamentarium Anno Henrici Regis Octaui* XXXI. *de summis Regni Magistratibus cum Proceribus, in supremis Comitijs ordine collocandis, & vniuscuiusque classe, gradu, & præeminentia, Latine redditum, ad sensum sic habet.*

VANDOQVIDEM IN *omnibus concilijs & conuentibus hominũ, qui varias dignitates & munia in Repub. gerunt, inprimis expediat, vt in illis distinguendis et collocandis ratio habeatur, quæ pro officio conueniat: vt suum singuli locum cognoscentes, eundem absque offensione aut impedimẽto occupent, Regia Maiestas quamuis iure prærogatiuæ regalis, eiusmodi honores dignitates & loca consiliarijs & alijs subditis deferre*

poterit proüt ſibi videbitur. Veruntamen iam viſum eſt, vt ordo in hâc ſupremâ Curiâ Parlamenti conſtituatur, & authoritate eiuſdem in hunc modum ſanciatur.

Inprimis Authoritate prædictâ ſancitum eſt, quòd nulla perſona vel perſonæ nullæ, cuiuſcunq; ordinis dignitatis aut cõditionis fuerint (Regijs tamen liberis exceptis) deinceps ſedeant aut ſedere præſumant, ex parte alterutrâ regij ſolij in Camerâ Parlamentariâ, neque ad hanc, neque ad illam Regiæ Celſitudinis manum, ſiue Rex adſit in perſonâ ſiue abſit. Et quùm Regia Maieſtas iure legitimèque Eccleſiæ Anglicanæ *poſt Deum ſit caput ſupremum in terris, atque ad eam dignitatem exercendam* Thomam Baronem Cromwell, *priuati ſigilli cuſtodem* Vicegerentem *ſuum conſtituerit in omnibus Eccleſiaſticæ iuriſdictionis cauſis, ad omnes errores hæreſes & abuſus in Eccleſia tollendos & reformandos: Decretum & ſancitũ eſt authoritate prædictâ, quòd præfatus Dominus* Cromwell *Vicegerentis officio fungens, omneſque alij eandem authoritatem conceſſam à Regiâ Maieſtate habentes, ſedebunt, & collocabuntur, tam in præſenti Parlamento quàm in futuris, ad dextram partem Cameræ, & eâdem quâ* Archiepiſcopus Cantuarienſis *claſſe, & ſuprà ipſum* Archiepiſcopum *& ſucceſſores ſuos, vocemque aſſentiendi & diſſentiendi in Parlamentis ſingulis habebunt, perinde ac cæteri* Barones *habent.*

Sancitur etiam, vt Archiepiſcopus Cantuarienſis *proximum poſt* Vicegerentem *locum teneat: deinde ſedeat eâdem claſſe proximus* Archiepiſcopus Eboracenſis, *& iuxta illum* Epiſcopus Londinienſis, *tum* Epiſcopus Dunelmenſis, *inde* Wintonienſis, *poſteà vero reliqui* Epiſcopi *vtriuſque Prouinciæ* Cantuarienſis *ſcilicet & Eboracenſis ſedes capiant in parte eâdem, quiſque pro antiquitatis ratione proüt vſitatum fuerit.*

Quùm verò aliæ perſonæ ſummas Regni Præfecturas & officia maxima nunc vel poſt hàc gerentes (videlicet officium Domini Cancellarij, *Domino* Theſaurarij, *Domini* Præſidis Concilij Regij, *Domini* Cuſtodis Priuati Sigilli, *Domini* Magni Angliæ Camerarij,

rarij, *Domini* Conſtabularij Angliæ, *Domini* Mariſcalli Angliæ, *Domini* Admiralij, *Domini* Magni Seneſcalli *Regis*, *hoſpitij* Camerarij *Regij*, Secretarij *Regij*) *hactenùs ſedes ſuas pro ratione officiorum in Parlamentis non habuerint, nunc verò, ordinatum, ſtatutum, & concluſum eſt authoritate prædictâ quòd Dominus* Cancellarius, *Dominus* Theſaurarius, *Dominus* Præſes Regij Concilij *et Dominus* Cuſtos priuati Sigilli *ſi ſint ex ordine* Baronum *vel* Baronibus *ſuperiores, ſedebunt & collocabuntur tam in præſenti Parlamento quàm futuris, ad lauam Cameræ partem ſupra omnes* Duces, *exceptis tantummodò, aut Regis filio, Regis Fratre, Regis Patruo, Regis nepote, aut ex Regis fratre vel ſorore nepotibus.*

Item eâdem authoritate ordinatur & ſancitur, quòd Magnus Camerarius, Conſtabularius, Mariſcallus, Admiralius, Seneſcallus *Regius &* Camerarius, *poſt* priuati Sigillo Cuſtodẽ *in hunc modum loca capient, videlicet quiſq; eorum ſedeat ante omnes qui eiuſdem dignitatis, graduſque cuius ipſi, ſunt: nempe* Magnus Camerarius *primo loco*, Conſtabularius *ſecundo*, Mariſcallus *tertio*, Admiralius *quarto*, Seneſcallus *regij hoſpitij quinto, & Regis* Camerarius *ſexto loco ſedebit.*

Item authoritate prædictâ ſtatutum eſt & ſancitur, quòd Primarius Regis Secretarius *ſi* Baro *ſit, locum habeat ante & ſupra omnes* Barones *præfata officia non gerentes. Quòd ſi* Epiſcopus *fuerit, ante omnes* Epiſcopos *prædictos* Magiſtratus *non habentes ſedebit.*

Sancitur etiam authorite prædictâ, quòd omnes Duces *non anteà ſpecificati*, Marchiones, Comites, Vicecomites, *et* Barones, *prædicta officia non gerentes, ſedebunt & loca ſument pro antiquitatis ratione & pro more recepto.*

Præterea ſancitur, quòd ſi quiſquam, qui poſthàc prædicta officia geret Cancellarij, Theſaurarij, Præſidis concilij Regij, Cuſtodis priuati Sigilli, *aut* primarij Secretarij, *infra gradũ* Baronis *fuerit, adeò vt nec aſſentientis neque diſſentientis vocem in ſuperiori ſena-*

culo Parlamenti habeat, quicunque (inquam) tale Officium habeat, quodcunque fuerit, locum habeat in parte ſuperiori ſacci lanei in medio Cameræ *poſiti vel ibidem in ſcamno ſedeat eodem quo ſuperiùs recitatur ordine.*

Statutum etiam et authoritate prædictâ ſancitum, quòd in omnibus læſæ Maieſtatis *cauſis cognoſcendis per* Pares, *ſi quis Procerũ dehinc vllum ex officijs gerens ad cognitionem talium cauſarum aſcitus ſit, ſedebit & locum capiet ratione officij vel officiorum ante omnes Proceres reliquos, ad eiuſmodi cauſas cognoſcendas accerſitos, eo ordine quo ſuprà dicitur.*

Statutum eſt item atque ordinatum eâdem authoritate, quòd tàm in Parlamentis quàm in Camerâ Stellatâ, *& in Conuentibus alijs concilijſque omnibus.* D. Cancellarius, D. Theſaurarius, D. Præſes concilij, D. Cuſtos priuati ſigilli, D. Magnus Camerarius, D. Conſtabularius, D. Mariſcallus, D. Admiralius, D. Magnus Magiſter ſiue Seneſcallus, D. Camerarius & Secretarius *primarius regis, ſedes capeſſent ordine quo ſuprà memoratur, ſed non aliàs authoritate Statuti huius atque vigore.*

Horum nunc ſtatutorum vim, vſum atque praxim Pompa Parlamentaris indicabit.

POMPA

POMPA PARLAMENTARIS.

Ordinũ ſcilicet ad Regni comitia procedendi forma è varijs exemplaribus ſeriò collecta. In quâ illam præcipuè Reginæ Elizabethæ (regni ſui Anno XXVII.) auguſtiſſimam proponendam duxi.

DIE Dominico (*Nouembris* ſcilicet viceſimo ſecundo) Atrienſes Regij, in Camerâ quam dictitant *Præſentiæ*, vti Proceres, Magnates, alij que omnes qui Maieſtatem Regiâ ad Comitia *VVeſtmonaſterij* poſtridiè celebráda concomitari tenerentur, horâ nonâ antemeridianâ præſtò forent, denunciârũt, Reginâ in Aulâ tunc regiâ (S. *Iames* dicta) *VVeſtmonaſterio* vicina, agente. Poſtero die ad horam indictam, Trabeas Parlamentares in Camerâ Senatoriâ, Proceres, & *Epiſcopi* itidèm in aliâ, Sacrario proximâ, induèrunt, indè per hortum in viuarium progreſsi, equos conſcendêrunt, Reginam præſtolantes. Ad vndecimam, ſereniſsima Regina, Trabèâ item veſtita Parlamentariâ, ad horti egreſſum Sellam curulem, pilenti ſiue lecticæ inſtar inter duos candidos equos geſtatam, aſcendit. Hęc vndique aperta fuit, niſi quod à tergo in hemicyclum, vmbraculum ſupernè prominens duabus columellis argenteis ſuſtentabatur, in cuius faſtigio Corona aurea eminuit, & duabus alijs ad pedes columellis *Leo* & *Draco* auro coruſcantes, miro artificio efformati, regia

Inſignia

Insignia prætendentes. Hæc sella (quam Thronum potiùs dixerim) omni ex parte affabrè illustrata & deaurata, argenteo quem vocant panno & puluinis eiusdem magnificentissimè adornata fuit. Quâ posteaquam se Regina collocâsset, hoc ordine equis insidentes per binos progressum est.

Præcessêrunt primò, Aulæ Regiæ *Mandatarij* siue Nuncij.

Deinde minorum gentium Nobiles.

Armigeri.

Armigeri pro corpore.

Curiæ *Cancellariæ* Scribæ.

A Sigillo Signatorio (vulgo **Signet**) Scribæ, siue Amanuenses.

A sigillo priuato *Actuarij*.

Sanctioris Concilij ab Epistolis.

Curiæ *Cancellariæ* Magistri.

Equites aurati siue *Milites Baccalaurei*.

Milites Banneretti.

Tibicines hinc indè clangentes.

Seruientes (vulgò **Sergeants**) ad legem.

Regius ad legem *Seruiens*, Prætextâ simplici & epitogio superhumerali coccinatus.

Hunc secuti sunt (*Ioannes Popham*) *Attornatus* Regius cum (*Thoma Egerton*) Sollicitatore.

Feciales Duo.

Fisci Regij Iudices quos *Scaccarij* dicimus *Barones*.

Communium *Placitorum* Curiæ, & *Banci* Regij Iusticiarij siue Iudices.

Communis *Banci* summus Iudex *Edmundus Anderson*, vna cum *Barone* primario *Scaccarij*, *Rogero Manwood*: Equites aurati ambo.

Banci Regij siue *Angliæ* primarius Iusticiarius *Christoferus VVray*, & sacrorum Scriniorum Magister *Gilbertus*

bertus Gerard, Equites aurati. Hic vero togâ holoſericâ, reliqui tàm Iuſticiarij quàm *Scaccarij Barones* Togis & Epitogijs coccineis pelle candidâ (*Miniuer* dictâ) duplicatis amicti.

Filij Procerûm natu minores pro ratione dignitatũ.

Cameræ regiæ *Theſaurarius.*

Equites *Balnei.*

Filij natu majores vel hæredes Procerûm.

Equites aurati à Concilijs ſecretis.

Equites Ordinis *Georgiani*, vel *Garterij.*

Secretarius primarius *Franciſcus VValſingham*, Eques auratus.

Hoſpitij Regij *Theſaurarius Franciſcus Knolles* vnà cum *Iacobo Croſtes* Aulæ Regię Cenſore; Equites ambo aurati.

Edwardus Norris Baronis Norris filius tertiogenitus pallium regiũ, et *Galeram* ferens hunc ordinem clauſit.

Feciales vel *Heraldi* duo quos inſecuti ſunt per Binos

Barones.

Barones ſuo ordine, à iunioribus inchoando, etſi nõnulli abfuerint.

HENRICVS Baro Norrys de Rycot.

Henricus Baro Cheyney de Tuddington.

Henricus Baro Compton.

Gulielmus Cecill Baro de Burgbley. Alibi inceſſit quia Theſaurarius Angliæ.

Gulielmus Weſt Baro de la Ware.

Thomas Sackuile Baro de Buckhurſt.

Iohannes Baro S. Iohn de Bleteſho.

Henricus Cary Baro de Hunſdon. Abfuit, quia *Brewci* Gubernator.

Egidibus Bruges Baro Chandos.

Rogerus Baro North de Carthelage.

Carolus Baro Howard de Effingham; Alibi quia Camerarius Reginæ.

Thomas

Thomas Baro Darcy de Chiche.
Thomas Baro Paget.
Edmundus Baro Sheffeilde de Butterwick.
Carolus Baro Willoughby de Parham.
Robertus Baro Riche de Leze.
Philippus Baro Wharton de Wharton.
Gulielmus Baro Eure de Witton.
Henricus Baro Cromwell de Vlcombe.
Lodouicus Baro Mordant de Turuey.
Thomas Baro Burgh de Gainsburgh.
Henricus Baro Wentworth de Netlested.
Fredericus Baro Windesor de Bradenham.
Gulielmus Baro Vaux de Harroden.
Gulielmus Baro Sandes de Vine.
Iohannes Baro Darcy de Menill.
Cutbertus Baro Ogle de Bothall.
Gulielmus Baro Montioy.
Iohannes Baro Sturton.
Iohannes Baro Lumley.
Edwardus Baro Dudley.
Henricus Baro Scroope de Bolton. Abfuit, Præfectus Carleoli.
Arthurus Baro Gray de Wilton.
Edwardus Baro Stafford de Stafford.
Gulielmus *Brooke Baro* de Cobham.
Gregorius Fynes *Baro* Dacres de Herstmonceaux.
Edwardus Parker Baro Morley.
Henricus *Baro Barkley.*
Peregrinus Berty *Baro* Willoughby de Eresby.
Edwardus Baro Zouche de Haringworth.
Georgius Touchet, *Baro* Audeley.
Henricus Neuill *Baro* de Abergauenny.

Feciales siue Heraldi bini, Episcopis præcedentes.
Episcopus Glouceſtrensis.

Episco-

Episcopus Asaphensis.
Episcopus Cestrensis.
Episcopus Carleolensis.
Episcopus Petriburgensis.
Episcopus Landaffensis.
Episcopus Herefordensis.
Episcopus Ciceſtrensis.
Episcopus Lichfeldensis.
Episcopus Bathonienſis.
Episcopus Roffensis.
Episcopus Wigornienſis.
Episcopus Menenuensis.
Episcopus Bangorensis.
Episcopus Lincolnienſis.
Episcopus Sarisburienſis.
Episcopus Norwicensis.
Episcopus Exonienſis.
Episcopus Elienſis.
Episcopus Wintonienſis, Ordinis Garterij Prælatus.
Episcopus Dunelmenſis.
Episcopus Londinenſis Archiepiſcopi Cantuarienſis Cancellarius.

Hij tres Episcopi, Londinenſis ſcilicet, Dunelmenſis, & VVintonienſis, ex vi Actus Parlamentaris Anni XXXI. Henrici regis VIII. Archiepiſcopis proximi incedunt, reliqui omnes pro ratione antiquitatis electionum, loca capeſſunt. Episcopi cuiuſque Toga ex panno coccineo, Baronum more facta, et ſuperhumeralia ex eodem, pellibus minuerijs duplicata & à tergo dependentia.

Henricus Vicecomes Howardus de Bindon.
Anthonius Browne Vicecomes Montis-acuti.

Heraldi ſiue Feciales bini qui Comites inſequentes habuêrunt.

Edwardus Comes Lincolniæ. Admiralius ægrotabat.
Robertus Comes Sussexiæ. Abfuit quia infra ætatem
Robertus Comes Leycestriæ. Alibi quia Seneſcallus Hoſpitij regij pro hac vice.
Edwardus Comes Hertfordiæ.
Henricus Comes Penbrochiæ.
Franciſcus Comes Bedfordiæ.
Henricus Comes Southamtoniæ.
Ambroſius Comes Warwici.
Gulielmus Comes Bathoniæ.
Henricus Comes Huntingdoniæ. Abfuit quia Præſes *Eboracenſis.*
Henricus Comes Suſſexiæ.
Georgius Comes Cumberlandiæ.
Edwardus Comes Rutlandiæ.
Gulielmus Comes VVigorniæ. Abſentis Mariſcalli Vicem
Henricus Comes Derbiæ. ſuppleuit.
Henricus Comes Cantij. Alibi portauit Enſem.
Georgius Comes Salopiæ. Æger abfuit.
Henricus Comes Northumberlandiæ. In Turri *Londinienſi* captiuus.
Edwardus Comes Oxoniæ. Alibi quia ſummus *Angliæ* Camerarius.
Philippus Comes Arondelliæ Heraldus ſiue Rex Armorum.
Gulielmus Marchio VVintonienſis. Alibi, Pileum regalem geſtabat.

Ducibus hîc competebant loca. Quorum omnium veſtitus Parlamentaris (notatu dignum) nihil à *Baronibus* differebat, niſi quòd triplicatis aut quadruplicatis fimbrijs humeralibus. *Duces* namque, *Marchiones*, & *Comites*, omnes in Creationibus, veſtibus è veluto holoſericis & biſsinis quamuis induantur (quæ *Honorariæ* dicuntur) in Parlamentis tamen, ijſdem cum *Baronibus* ex

ex panno confectis coccineo vtuntur, adhibitis fimbriatim ad humeros ex pelle albâ differentijs, quia ibidem omnes *Baroniarum* ratione considerent, & pro dignitate loca capessunt.

Cancellarius *Angliæ Thomas* Bromley Eques auratus vnà cum summo Thesaurario *Gulielmo Cecill Barone* de *Burgbley* coëquitabant. Cancellario autem magnum *Angliæ* sigillum à pedite vnico, præferebatur, Ipse togâ ex veluto nigro & pellibus Zibellinis duplicatâ indutus erat.

Archiepiscopus item *Cantuariensis*, *Iohannes VVhitgift*, cum *Archiepiscopo Eboracensi* (*Edwino Sandes*) proximè sunt secuti.

Clarentieux Armorum Rex.

Seruientes ad arma duo, cum sceptris argenteis deauratis (quæ **Maces** dicimus.)

Atrienses duo siue Anteambulones.

Seruientes ad Arma item duo alij, Sceptra gestantes.

Gartierus Armorum Rex primarius paludamento superindutus Atrienſem primarium ad dextram habens.

Cappam vel *Pileum* regium gestabat Marchio *VVintoniæ* ad cuius sinistram, virgam Marescalciæ *Angliæ* tulit *VVigorniæ* Comes, vice *Georgij Comitis Salopiæ* tunc *Comitis Marescalli*, qui in Camera Parlamentari aderat, quamuis hîc quod podagrâ laboraret, non interfuit.

Gladium postea gestauit *Cantij* Comes cuius latus dextrum *Comes Oxoniæ* clausit, magnus tum *Angliæ Camerarius*, sinistrũ vero Comes *Leycestriæ* Regij Hospitij Oeconomus, vel *Senescallus*.

IPSA REGIA MAIESTAS Sellâ, vti diximus gestata. Trabea coccinea Erminis pellibus ornata, vestis autem interior ex veluto item coccineo astrictior erat : pellibus iisdem ad manus replicata.

Reginam quatuor stabuli Curatores (*Gallice* Esquiries) & qui à pedibus, bracticis vestimentis erant circumfusi ; Et exteriùs, Nobiles stipendiarij cum securibus *Polonicis* longo ordine pedites constipabant.

Subsecutus est Comes *Derbiæ* summus *Hippocomus* (vice *Leceſtriæ* Comitis qui hoc tempore *Oeconomum* egit) equum honorarium ducens, cui sinistrâ, adequitauit *Carolus Howard* Baro de *Effingham* regij Hospitij *Camerarius* : vterque trabeâ vestitus.

Hos etiam secuti sunt *Subcamerarius Christophorus Hatton* Eques auratus, Heroinæ, Dominæ, Nobilesque aulicæ quamplures.

Hoc ordine & Pompâ regiâ, Regina ad australem S. *Petri VVestmonasterienſis* Ecclesiæ portam processit, vbi *Episcopus Sarisburienſis* regius Eleemosynarius, & eius Ecclesiæ Decanus, *D Goodmannus* cũ *Prebendarijs* totoque Choro in Capis IPSAM excepêrunt. Extra Porticum appositum fuit scamnum tapetis & puluinaribus instructum ad quod flexis genibus Regina Sceptrum aureum S. *Edwardi* à Decano accepit. Quod in in puluino ante se posuit, libelloque à Decano sumpto tacitè precabatur. Postea templum sub Conopeo magnifico pãni argentati ingressa est, quod Equites sex aurati

rati sustulerunt. Syrma sustinebant *Marchionissa Northamtoniæ & Oxoniæ* Comitissa, supportante quidem *Barone Howardo de Effingham Camerario*; ex alterâ parte incedente, sed minime supportante *Christofero Hattone* Subcamerario. Cùm autem Trabeæ regiæ ex ostro & pellibus Ermininis majoris essent ponderis, vtrinque ab humeris subleuârunt *Comes Arundelliæ* ad dextram & ad sinistram *Penbrochiæ Comes*.

Choristæ vniuersi psalmos præcinentes Dominos *Cancellarium & Thesaurarium* Regni præcedebant. Cum iam ad Secessum regium seu velarium (vulgo **Trauers**) ad dextram Chori partẽ prope mensam eucharisticam paratum, venisset Regina; Proceres loca sibi in Scamnis infra secessum cepêrunt: Episcopi autem infra Suggestum, ad partem Borealem consedêrunt.

Archiepiscopus *Cantuariensis*, post Psalmum, concionem habuit. Gladius interim & pileus honorarius prætendebantur.

Concione cum psalmo finitâ, pedibus progrediebatur sub Conopæo ad australem templi portam sceptrum *Edwardo* Regi Confessori sacrum manu ferendo. Quo loco, Decano ipsum à quo priùs acceperat, reddidit reponendum.

Notandum seriò quod dum Regia Maiestas in templo rem sacram auscultaret; *Leycestriæ* (Aulæ Regiæ eâ vice *Senescallus*) ad Cameram Parlamentarem inferiorem se contulerat, vt responsis rescriptorum (*Returnas Breuium* vocant legistæ) Militibus Prouinciarum & Burgensibus accersendis anteà emissorum interesset, & Reginam obuiam habuit ad Cameram Parlamentarem venientem.

Regina prius in Cameram suam priuatam se recipit, vbi paululum requiescens, Proceres interea in summo Senaculo sedibus se composuerunt. Tandem & ipsa prodijt

Maiestatis administratione prudentissima recenset; singulares virtutes & genuinam planeque maternam in suditos curam exponit, imprimis autem quod Regni ordines ad res grauissimas tunc ibidem tractandas cõuocârit: Episcopos vti rebus Ecclesiasticis, Proceres reliquosque vt Reip. Commodis prospiceret seriò admonens. In orationis Epilogo vt iura & Cameræ inferioris *Burgensium* priuilegia antiqua, liberi scilicet eloquij, & ab arestis immunitatis, tàm ipsorum quàm famulorum durantibus *Comitijs* illæsa conseruentur, quâ humillimè precatur. Et si quâ in re minùs intellectâ offenderent, ad Regiam Maiestatẽ tàm sibi quàm reliquis accedendi veniam petiuit.

Finitâ tandem Oratione, *Cancellarius* à Reginâ iussus & in quibusdam instructus, *Prolocutoris* Orationem sũmoperè laudauit: veniam, quam petierat, Reginæ nomine concessit.

Quibus sic vtrinque expeditis, Regina surrexit, & in Cubiculum priuatum se recepit, *Trabeas* exuit, & Proceribus concomitata descendit. Sellam denique Curulem plane Regalem ad Occidentalem Domus partem ascendit, et magno [illegible]leorũm et Heroinarum Comitatu (*Cantij Comite* gladium præferente) ad Regium suum *S. Iacobi* vnde prius profecta, accensis facibus per viuarium reuersa est.

Ratio sedendi in Camera Parlamentaria hac tabella oculis subijcitur.


SVPREMI
PARLAMENT
Prolocu

Redintegratam Nobilitatem reſtaurandi Ratio.

NOBILIVM creandorum cum ritibus per *Diplomata* & Reſcriptâ ſummonitoria formas, anteà deſcripſcripſimus. Hîc tandem Dignitatum redhibendarum morem ſubnectere viſum eſt. Qui autem Titulis honorarijs, ſuâ vel alienâ culpâ exauthorati ſunt, ad eoſdē petitione plenis Regni Comitijs, Regibus exhibitâ reſtitui ſolent, quam ego redintegratæ vel inſtauratæ Nobilitatis Confirmationem dixerim. Cuius exemplum occurrit *Margaretæ Georgij Clarentiæ Ducis* filiæ anno V. *Henrici* VIII. Parlamento poſtulatum (vt alia omittamus) quo, ad ſtilum, ſtatum, nomen, titulum, honorem et dignitatem Comitiſſę *Sarisburiæ*, vnde *Edw.* frater *Comes* reatu exciderat reſtituitur. Petitio longior quam vt hîc inſeri neceſſum, *Anglice* in *Archiuis* extat & hiſce verbis clauditur.

Quâ quidem Petitione lectâ & ad plenum intellecta, atque aſſentitâ, per dictum Dominum

num Regem ex auiſamento & aſſenſu Dominorum ſpiritualium & temporalium & Communitatis in prædicto Parlamento exiſtentium, necnon authoritate eiuſdem Parlamenti, eidem petitioni taliter eſt reſponſum.

Soit faict come il eſt deſire.

Conſuetudines.

Nobilitas politica eſt, qua Nobilis differt à Plebeio ſecundū quod accepimus apud nos, et in foro noſtro. Caſſaneus.

SSERVI Nobilitatē Politicam, Principum ingenijs et Temporis viciſsitudini ſubiectam, Gentium Conſuetudinibus ſemper niti.

Primum enim, Dignitates quæ perſonalium Munerum nomina nuda extitêrunt; hæreditarias et ſucceſſorias deueniſſe tandem conſtat: Legibus tamen diuerſis circumſcriptas.

In *Germania* namque Fœminæ, quamuis titulo tenus Duciſſæ, Comitiſſę, et Baroniſſę, è *Ducibus, Comitibus*, et *Baronibus* natæ dicantur pro more Imperij: ex lege tamen Beneficij Imperialis, ad maſculos cum feudis deſcendunt Principatus, quibus deficientibus, ad *Cæſarem* reuertuntur. Quod quidem arguit *Carinthiæ* Ducatus ampliſsimus: nam *Errico Duce* vltimo ſine ſobole virili mortuo, ex legibus redijt Ducatus ad Imperium, quem poſtea *Alberto Auſtriæ Duci* contulit *Lodouicus Cæſar*. 1391.

Fabritius Chēnicenſis de rebus Miſnicis.

Sigiſmundus item *Cæſar* rectâ lineâ *Saxonica* extinctâ Ducatum anno MCCCCXXIII. dedit *Marchionibus Miſniæ*, et *Marchionatum Brandenburgenſem Burgrauijs Noriburgenſibus*, quorum ſucceſſores nunc potiuntur.

Jn

In *Italia* hoc ipsum legimus, *VVenceslaus* enim *Augustus* anno MCCCXC. *Mediolanum Vicecomitatũ, Ducatus* titulo exornauit vt marium defectu Imperiale fieret cum dignitate patrimonium. Et auorum memoriâ quosdam à *Carolo* quinto Imperatore tam *Neapoli* quàm alîs creatos legimus, cum eâ semper communi reuersionis lege vt quamprimùm vltimus è virili prosapiâ moreretur, Imperiales fierent dignitates. Hic tamen obiter meminisse oportet, quòd non omnia omni tempore pro suo iure *Cæsares* egêrunt, sed quandoque nouâ pactione beneficiariâ ad filias (non extantibus masculis) dignitatum titulos descendere passi fuerint, rogati; iuris subtilitatem Prudentum interpretatione frangendo, habitâ semper vel Reip. aut alicuius concordiæ vel temporis ratione.

Choppinus *de Domanio* Galliæ..

In *Gallia Renatus Choppinus* de Domanio regio differens dignitates distinguit. Feudis enim regalibus annexas, militares omnes & masculinas, *Salica* lege asserit, nec vllâ ratione mero iure ad fœminas peruenire, quâuis masculi defecerint; nisi prius disertis verbis et indulgentiâ speciali aliter cautum fuerit, quod vidisse & legisse se ait. Intereà priuatos Principatus fœminis non denegari affirmat, quod *Arminiaci Comitatus* exemplo Regi *Nauarro* muliebri iure deuoluti, alijsque plurimis illustrat.

De nostris etiam iam quædam scribenti & pauca admodùm percurrenti occurrit scriptum quoddam vetustissimum ex antiquis *Saxonum* legibus à *Gulielmo Lambardo* venerandæ antiquitatis admiratore & vindice acerrimo mihi suppeditatum. Quod quamuis & linguâ & Charactere *Saxonicum* merè sonet, quædam tamen *Danica*, & antiquas vel *Britonum* ipsorum vel *Saxonum*, sub *Danorum* imperio convulsas leges sapere videtur.

Scriptũ autẽ *Saxonice* exaratum, *Anglice* ad verbum, *Latine* ad sensum traductum sic habet.

hit þes hþilum on Englalagum þ leod ⁊ lagum for
It was sometime in ẏ English Lawes, that the people & Lawes were
Tempus erat olim cum Anglicis *legibus & populo suus vbique*

begeþincðum, And þa þæron leod þitan þeorðrciþerþýr-
in reputation. And then were the wisest of the people worshippe
constabat honor. Qui ex populo prudentissimi erant, in honore

ða, ælcbe hirmæðe Eorl ⁊ Ceorl, Þegn ⁊ Þeoden ⁊
worthy, each in his degrée. Eorle & Chorle, Theyn and Undertheyn
fuerũt, suo quisq́ ordine. Comes et Colonus. Thaynus et Sub-thaynus.
{ opulentus ignobilis. }

Nota. *In* Francia, Baro *non fuit nisi qui habuit* 4. Castellanias, *hospitale fundamentum, aut Ecclesiam collegiatam cum sigillo authentico: quẽ* Thayno *huic nostro similem dixeris.* Cassanęus.

And gif Ceorl geþeah þ he hefde fullice fif hidaage-
And if a Chorle so thriued that hee had fully fiue hides of his
Quòd si Colonus ita rem fecisset vt habuerit plenè quinq́ hydas pro-

nerlande, Cirican ⁊ Cycenan, belhur ⁊ burhgat retl
owne land, a Church and a Kitchin, a Belhouse and a gate, a seate
priæ terræ, ædem sacrã, Coquinam, Campanile, & Portã, locum itẽ

⁊ runderrnote on Cyngeſ healle, þonne þæſ he þannon-
and a seuerall office in the Kinges Hall, then was hee thence,
& peculiare munus in Regia Aula, tunc erat deinceps pari

forð Þegen righerþeorðe ⁊ And gif Þegn geþeah
forth the Theynes right worthy. And if a Theyne so thriued
cum Thayno dignitate. Si vero Thaynus ita prouectus erat

þ

þ he þenode Cynge ⁊ his radsterne rad on
that hée serued the King, and on his Message or iourney rode in
vt Regi seruierit, & nuncius eius esset & equitauerit

his hirede, gif he þonne herde Degn ðe him fi-
his household, if hee then had a Theyne that him fol-
in familiâ, si tunc etiam Thaynum sibi famulantem ha-

ligde ðe to Cynges utfan fif hida hafde ⁊ on
lowed, who to the Kinges expedition fiue hydes had, and in
buerit, qui ad Regiam expeditionem 5. hydas habuerit, eiusq; in

Cynges setl his hlaford ðenode ⁊ ðriþa mid his
the Kinges Pallace his Lord serued and thrice with his
Regiâ aulâ Domino seruierit, terque eius

ærend gefora to Cynge he most siððan mid his
errand had gone to the King, hee might afterward with his
nuncius ad Regem venerit, hic deinceps datâ

foraðe his hlaford aspelian at inislican neodan;
fore oath his Lords part play at any neede
fidelitate Domini personam sustinere poterat si opus fuisset.

And gif Degn geðeah þ he þeande to Eorle
And if a Theyne so thriued that he became an Earle
Quòd si Thaynus ita euectus erat vt Comes euaserit

þonne þæs he siðð an Eorle rihtesþeorðe And
then was hee thenceforth an Earles right worthy. And
pari erat deinceps Comite dignitate. Et

gif Marsere geðeah þ he ferde þriðe ofer þid
if a Marchant so thrived, that he passed thrice ouer the wide
si Mercator ita rem fecisset, vt tèr vastum mare

Sæ be his agenum craftе, he þæs þonne siððan
Sea of his owne Craft: he was thencefoorth
suâ peritiâ traiecerit, pari tunc erat

Degne rigtesþeorðe; And gif leornes geðeah
the Theynes right worthy. And if a Scholler so thrived
cum Thayno dignitate. Quòd si Literarum studiosus ita in

þufh lare þ he had hefde ⁊ þenode Xpe,
through learning that hee had degree and serued Christe,
literis progressũ fecisset, vt ordines habuerit et Christo inseruierit,

he þæs þonne siððan mæðe ⁊ nuinde spa micel-
he was thence foorth of dignity and peace so much
erat deinde venerandus & immunis quantùm

sepýrðe spa þærto gebýrede, buton he for-
worthy as thereto belonged, vnlesse hee for-
ad locum eius spectabat, nisi ita exci-

þorhte

poꝑhte þ he pæꝛ had note notian ne moꝛte;
falted ſo that hee the vſe of his degra- vſe ne night.
diſſet vt ſuo munere vti non potuiſſet.

Iſta antiquitatis rudera, magna ab initio huius inſulę Nobilitatis argumenta præ ſe ferunt, ſed tempora mutantur & nos mutamur in illis. Vltimus enim è *Saxonico* ſanguine oriũdus *Edwardus* Rex et Cõfeſſor, è *Normannia* rediens, *Baronis* titulum introducens, *Thayni* ex eo tempore in deſuetudinem abire cœpêrunt, adeo vt ne nominis quidem hodiè amplius reminiſcamur. Illud tandem *Baronatus* nomen tùm dignitate cùm potentiâ adeo præ cæteris magnificum eſſe incepit, vt *Angliæ Baronagij* nomine, Proceres omnes comprehendi viderentur. *Duces* autem *Edwardo* III. rege quaſi poſtliminio redintegrati, *Marchiones*, & *Vicecomites* noui penitùs à *Ricardo* II. & *Henrico* VI. Regibus introducti.

Baronis nomen vnde et quando in Angliã venerit.

Nota. *In fine libelli de edicto Stephani 3. Regis Polonię tractatus de Genealogia Ducis Moſcouię vbi dicitur apud Moſcouitas Nobiles vocari Boiarones.*

Reges noſtri *Normanico* ſanguine prognati Titulis honorarijs (quales Comitatus et *Baronatus* intelligo) cum ipſius Regni Diademate perpetuitatem hæreditariam et Succeſſoriam (nullo ſexus diſcrimine) permiſêrunt: quod ipſum Exemplis antiquioris ſæculi illuſtrandum duxi. In quibus tamen recenſendis quò me fœliciùs expediam, in ipſo orationis limine de tribus apprimè animaduertendis lectores obiter præmonitos velim. 1. De Regum ſcilicet in Proceribus creandis noſtrorum ingenijs. 2. De dignitatum per familias transferendarum conſuetudine. 3. De temporis vi & rerum viciſſitudine. Reges enim noſtri (qui ſoli per Regnum meri Jmperij faſcibus vtuntur) omnis apud nos Nobilitatis politicæ ſunt cauſæ efficientes.

Menander. Τελα ἔχει, δι' ὧν ἅπαντα μγεται, ἥ τε τῶν Νομων ἢ τῶν Ανα-γκαίων, ἢ γὲ τέτων Εθει τινὶ.
Tria ſunt quæ cuncta moderantur. Lex ſcilicet, Conſuetudo et Neceſſitas.

Conſuetudine noſtrâ Nominatæ Nobilitatis tituli hoc habent cum ipſâ Coronâ genuinum et commune,

vt deficientibus masculis ad fœminas deuoluantur, nisi primis Diplomatibus, verbis disertis aliter cautum fuerit. Ita tamen vt et temporis semper habenda sit ratio, quod in rerum Formis vbiuis gentium prædominari solet.

Isto modo *Gulielmus* primus Rex & Conquestor deuicto *Haraldo* rerum potitus, Dignitates Commilitonibus suis atque alijs ad arbitrium impertiuit, quasdam nimirum ipsis feudis annexas, adeò et coniunctas, vt etiamnùm hodiè solâ locorum possessione videantur nobilitari possessores. (Vtpote *Episcopi* hodierni, vt olim Abbates & Priores aliquot ecclesiastici, qui Baroniarum Episcopatibus coniunctarum ratione, titulis & eminentijs *Baronum* in summis Regni *Comitijs* perfruntur.) Quasdam etiam vnà cum ipsis feudis dedit & permisit. Vt *Hugoni Lupo* affini suo & *Normanno*, *Cestriæ* Comitatum contulit. *Ad conquirendum & tenendum sibi & hæredibus adeo libere per gladium sicut ipse Rex tenuit Angliam per Coronam. Comitatu Richemondiæ*, *Alanum Rufum* nepotem suum *Britanniæ & Armoricæ* iam Comitem & hæredes suos adauxit, *Ita libere & honorifice vt eundem Edwinus Comes antea tenuerat.* Et *Arundelliæ Comitatum* quem *Haraldus* possederat, *Rogero Montigomerico* cum feudo largitus est. Priores, per fœminas (deficientibus masculis) in alias subinde transmigrârunt familias: posterior *Roberto Rogeri* filio perduelle, Comitatus ad *Henricum* primum Regem reuersus est, qui eundem *Adelizæ* Reginæ vxori in dotem dedit.

Qui subinde secuti sunt Reges, parciùs dignitates in feudo de se tenendas distribuêrunt, concessâ tantùm ad statum & honorem meliùs & honorificentius sustentandum tertiâ Comitatus placitorum (vt vocant) parte, quam *Tertium denarium* in Diplomatibus nominabant: Vt qui tertium Prouinciæ alicuius denarium percepe-

rit,

Stanf. 153. A Euesque ou Abbe comment quilz ont le nom des Seigneurs du Parlament il n'ont cel nom de Euesque ou Abbe, Ratione Nobilitatis, sed ratione officij ne ont lieu en Parlament en respect de leur Nobility, ains en respect de leur possession Scilicet L'ancient Barronies annexes a leurs dignitees.

Comes is isto quitertiam portionem eorum percipit quę de Placitis Comitatus proueniunt. Liber Niger Scaccarij.

Prouinciam, vulgo Comitatum dicimus.

rit, idem & Comes eiuſdem diceretur, eâdem ſemper ſuccedendi antiquâ lege, & deficientibus maſculis per fœminas conſuetudine. Quod ſi quis *Comes*, *Baroue* ſine filijs, hæredes plures habuerit fœmineas, vtcunque de fundis et poſſeſsionibus ſecundum Regni leges municipales pactione aut partitione tranſigeretur: Dignitas per ſe indiuidua, Regis arbitrio diſponenda relinquebatur, Qui vt plurimum Primogenituram reſpexit.

Quo iure *Henricus* tertius, poſt mortem *Iohannis Scoti* ſine ſobole extincti, tribus eius ſororibus alijs donatis ex pactione terris & redditibus, Comitatum *Ceſtriæ* cum dignitate, Coronæ vniuit. Hocipſum quoque in *Arundelico* Comitatu liquet, quem poſt exterminatum ab *Henrico* primo *Robertum* de *Belliſmo* præfati *Rogeri Montis-gomerici* filium, *Henricus* II. *Gulielmo* de *Albiniaco*, *Adelizæ* Reginæ matris marito contulit, & nouo *Diplomate* ſibi et hæredibus ſuis in feudo et hęreditate vnà cum tertio denario placitorum *Suſſexiæ* vnde *Comitem* dixit, confirmauit. Huius *Gulielmi* primi *Hugone* pronepote ſine ſobole mortuo, tota inter quatuor ſorores partita eſt *Comitatus* hæreditas. Cuius tamen dignitas, cũ Caſtro *Arondelliæ*, *Ricardo* tandem *Fitz-Alano Iohannis* ſcilicet *Fitz-Alani* et *Iſabellæ* ſororum prædictarum ſecundogenitæ pronepoti, ab *Edwardo* Primo conceditur.

Ab *Henrico* III. ad *Edwardum* I. eius filium tranſeamus. Is cùm malè inter ipſum & Proceres quoſdam aliquandiù conueniret, *Gilbertũ* ſcilicet de *Clare Hertfordiæ* et *Gloceſtriæ Comitem*; *Humfredum* de *Bohun Herefordiæ* et *Suſſexiæ*, *Comeſtabulariumq; Angliæ*, atque *Rogerum Bigot* Regni *Mareſcallum* et *Norfolciæ Comites*, ijque demùm Comitatibus et officijs omnes excidèrent eoſdem poſtmodùm (Regni reconciliati) nouis *Diplomatibus* in hunc modum recepêrunt. Primus ſibi et *Ioannæ*

Sciatis nos feciſſe Hugonem Bigot Comitem de Norff. ſcilicet de tertio denario de Norwico & de Norff. ſicut aliquis Comes Anglię liberius Comitatum ſuum tenet. Charta Henr. II.

Nota Præſcrip. 56. Fitzherb 3. H. 3. Nota quę en Nuper obijtpa. 2. Soeurs vers la tierce ſoeur, fut allege en Barr vn Cuſtume et fut tiel.

Quod ſi aliquis Baro Domini Regis tenens de Rege obiiſſet et non haberet hæred. niſi filias & primogenitæ maritatæ ſunt in vita patris: Dominus Rex daret poſtnatam filiã quæ remaneret in hereditate patris alicui militum ſuorum cum tota hereditate patris ſui de quo obiiſſet ſeiſitus, ita quod aliæ filiæ nihil recuperent, verſus poſtnatam filiam in vita ſua. Et omnes reges habuerunt hanc Dignitatẽ à Conqueſtu.

Eſt Arondellia vicus *& Caſtrũ in* Suſſexię *Prouincia extructum.*

annæ hæc (ab *Accon* dicta) *Gilberto* marito peperit *Gilbertum* filium; Sed *Radulpho* cuidam de *Monte-Hermerij* ſecundis nuptijs (inſcio patre rege) clandeſtinè copulata; *Radulphum* quoàd ipſa vixit, *Comitem* item ſuo iurè effecit. Quâ tandem mortuâ, *Gilbertus* ex *Gilberto* prædicto filius, viuo vitrico *Radulpho*, Comitatibus denuò ſucceſsit. Eodem planè modo *Comitatus* et Conſtabulariatus officium *Humfredo* præfato *De Bohun* reſtituit, cui etiam *Elizabetham* filiarum alteram, *Iohannis Hollandiæ Comitis* viduam in connubio dedit. Tertio *Comitatum Norfolciæ* et *Mariſcalli* officium cum mille Marcarum annuo incremento reddidit, eâ nempe lege vt deficientibus hæredibus de corpore ſuo procreandis, ad Regem reuerterentur vtraque. Obijt tandem *Rogerus* iſte ſine liberis, XXXV. eiuſdem *Edwardi* primi Regni ſcilicet illius vltimo, Et *Edw.* filius eius Rex, huius nominis ſecundus, *Thomæ* de *Brotherton* fratri et hæredibus ſuis maſculis nouâ et creatione, et Diplomate Comitatum et Mariſcallatum contulit.

Iſta ſic propoſuimus vt per Principum varia ingenia et temporis viciſsitudines quomodò ſenſim in Dignitatibus primùm conferendis variatum, ſit demonſtremus. Cuius rei poſtmodùm haud minimi ponderis fuiſſe videtur et momenti lex illa noua & antiquis incognita abipſo *Edwardo* Primo rege lata, quâ priuatis quibuſdam familiarum ſuarum nominis gentilitij potius quam poſteritatis ſtudioſis indulgendo; feuda virilia tantummodò reddere viſum fuit, et ſancitum. Legem inquam illam quàm Latinè gentilitium municipale dixerim, vulgò *Ius Talliatum* & *Talliabile* Iuriſtæ nuncupant. Quod ſucceſsiones priùs generales abſcindat, & ad particulares familiarum hæredes reſtringat, quæ etiam in dignitatibus donandis immutandi anſam videtur præbuiſſe. Nam ab illo tẽpore, in nouo quoquam Comite creando

Taillet *Normanice* Scindere *Latine.*

creando diſertis verbis aut ad vitam tantùm vel ad maſculos duntaxàt hæredes (excluſis fœminis) omninò in Diplomatibus cæptum eſt caueri. Hoc vtique exemplis comprobare neceſſe non eſt. Res enim ipſa fidem facit. Sed vim legis iſtius talliatæ et efficaciam paucis ſic libet demonſtrare.

Terræ et feuda Comitatus *Oxonienſis* (*Roberto* Comite *Oxoniæ* eodemque *Hiberniæ* Duce læſæ Maieſtatis damnato) lege illâ, ad *Albericum* de *Vere*, *Roberti* Auunculum deuenêrunt, qui et titulum à Rege idcircò in Parlamento petijt & obtinuit. Hoc ipſum in *Arondelliæ* & *Surreyæ* Comitatuum, familia *Fitz-Alanica*, conjunctorum exemplo liquidò conſtat. *Edmundus* namque *Fitz-Alanus Arundelliæ* Comes *Ricardi Comitis* ſororem & hæredem vnicam duxit ex eâque *Ricardum* bino coniugio fælicem genuit. *Ricardo* huic *Edmundi* filio, Caſtrum, honor, & Dominium *Arondelliæ*, et hæredibus ſuis maſculis ex *Aleonora Lancaſtria* (vxore ſecundâ) procreatis vel procreandis XXI. *Edw.* III. talliata fuêrunt. Poſtmodùm, (eodem ſcilicet anno) *Iohanne* fratrio Comite ſine prole mortuo, *Surreyæ* item Comitatus acceſſione auctus, *Arondelliæ* & *Surreyæ* Comes ſalutatur. Ex *Aleonora Ricardus Ricardum* ſuſcepit filiũ, *Arondelliæ* & *Surreyæ* demùm Comitem, et *Iohannem Fitz-Alanum* ſecundogenitum, vxorio iure *Maltrauerſiæ Baronem*. *Ricardus* hic *Thomam* filium vnicum ſine prole defunctum & quatuor filias cohæredes habuit; *Elizabetham* nempe, *Iohannam*, *Margaretam* & *Aliciam* quæ *Surreyæ Comitatum* inter ſe diuiſêrunt. Dignitas tamen *Iohanni Mowbraio Norfolciæ* Duci ex *Elizabetha* prognato conceditur. Qui & *Arondelliæ* Comitatum antiquâ ſuccedendi conſuetudine vendicauit. Cæterùm *Iohannes Maltrauerſiæ Baro*,, primi *Iohannis Fitz-Alani* & *Maltrauerſiæ* Baronis ex *Iohanne* filio nepos, huic

huic se oppoſuit & aduerſabatur, Caſtri illius et Dominij *Arondellici* poſſeſsionem ſibi aſſerens, quæ ſibi *Legis tailliatæ* optimo iure obuenerant.

Mortuo namque *Thoma Comite* vltimo ſine prole (vti dictum eſt) ad Sorores Caſtri Dominium nequaquam pertinere aijt, ſed ad maſculos hæredes & Conſanguineos deſcendere; quorum ipſe *Thomæ* proximior extiterat, cuius feudi quando poſſeſsionem lege teneret, Dignitatis titulum ſibi aptiùs conuenire, quam in ipſo Duce inanem et euanidũ deliteſcere contendit. Quod ipſum tametſi impetrare nequiuit; *Iohannes* filius militari laude cumulatiſsimus omnium applauſu poſt mortem patris, decreto Parlamentario anno XI. *Henr.* VI. regis obtinuit: à quo etiam ob merita et vertutes egregias, Ducatu *Thuraniæ* in Gallijs anno ſequenti donabatur. Et mortuo *Iohanne* iſto Comite ſimul ac Duce, *Humfredus* filius, breui ſine prole extinctus (non obſtante ſorore) *Arundelliæ Comitatum Gulielmo* Auunculo *talliatum* reliquit, in quo poſtea tantas egit radices, vt maſculinâ ſerie, Comites ad noſtram vſque ætatem celeberrimos produxiſſe viderimus.

Quod de Comitibus diximus, hoc ipſum de Baronibus per Diplomata creatis dictum eſto. At in reſcriptis ſummonitorijs antiquiſsimâ adhuc conſuetudine nitentibus, non item.

In illis namque (vnico tantumodo excepto *Henrico Bromflet* emiſſo quo cautum fuit *Henricum* ipſum et hęredes maſculos de corpore ſuo legitimè procreatos *Barones de Veſcy* tantùm fore) fœminæ, deficientibus maſculis, neutiquam olim prohibitæ erant quo minùs dignitatis eminentiâ et appellatione Baronicâ honorificæ haberentur & nominatim appellarentur. Et poſt ſuſceptam prolem, pro legum noſtrarum antiquâ indulgentiâ et regni reuerendâ conſuetudine maritos ſuos etiam eodem

dem honore illustrarent, liberosque hæreditariò bearent, etiam sine locorum possessione vnde dignitatum nomina primò videantur oriunda. Feuda namque & possessiones locales legibus circumscripta, ab vnâ ad aliam familiam deferuntur, Dominosque suos possessorios ditare solent; Nobilitatem verò vel *Datiuam* vel *Natiuam*, per se nec afferunt nec auferunt. Hæc exemplis illustrare superuacaneum foret, adstant enimverò mihi et suffragantur antiquissimi Baronatus omnes, et antiquioris notæ hodierni Barones. Quòd si quis horum studiosus in heterogenea quædam forsàn occurens cõtrà curiosiùs disseruerit, huic ego vim temporis aut incuriam opponerem: Constant autem sibi consuetudines; nec Regum authoritati est detrahendũ, qui, quantumuis prærogatiuam habeant adeò indeterminatam, vt quædam aliquando præter leges indulsisse videantur; quicquam tamen contra consuetudines gentilicias feciſſe aut fieri passos non cõstabit * rogatos. Sic Cæremonias quandoque et ipsa Diplomata nil morantes, solis nutibus (vt ita dicam) Dignitates transferri passi sunt. Vt in *Ranulpho Blundeuill*, *Cestriæ* & *Lincolniæ* Comite videre est. *Cestriæ* namque Comitatum *Iohanni Scoto* ex *Matilda* sororum primogenitâ Nepoti pro more descendere permisit. *Lincolniæ* autem (annuente Rege) *Hawisiæ* sororum alteri *Roberto Quincy* iam nuptæ, his verbis per chartã suam XVII. *Henrici* III. viuus tradidit.

*Rogatos inquam. Nã quũ Dormientibus nõ teneatur vigilare Lex, sic volentibus non dicuntur fieri iniuriæ. Et si quicquam legibus vetitum, necessitate quadam fieri videamus, non debent illa in argumenta trahi.

Ranulphus *Comes* Cestriæ *et* Lincolniæ *cunctis præsentibus & futuris præsentem hanc Chartam inspecturis salutem. Ad vniuersitatis vestræ notitiam volo peruenire, me dedisse & concessisse & hâc præsenti charta meâ con-*

confirmasse, Dominæ Hawisiæ *de* Quincy *Sorori meæ charissimæ Comitatum* Lincolniæ, *scilicet quantum ad me pertinuit vt inde Comitissa existat.* HABENDVM *& tenendum de Domino meo Rege* Angliæ *& hæredibus suis eidem* Hawisiæ *& hæredibus suis, liberè, quietè, plenè, & pacificè & integrè iure hæreditario cum omnibus pertinentijs & cum omnibus libertatibus ad prædictum Comitatum pertinentibus. Et vt præsens scriptum perpetuitatis robur obtineat : illud Sigilli mei appositione roborare dignum duxi. Hijs testibus, &c.*

Hawisia chartâ hâc fraternâ in hunc modum donata, Comitissa protinùs *Lincolniæ* fuit. Quæ & eundé ipso facto *Iohanni Lacy* genero suo viua contulit. Sic item *Hugonem* de *Courtney* eius familiæ atque nominis primum tempore *Edwardi* III. præterijsse non oportuit. Is enim quùm per annos quamplurimos à morte *Isabellæ* de *Fortibus* (cuius ex asse hæres extitit) terras & feuda *Deuonienſis* Comitatus quietè possederat, sine Comitis vel appellatione vel Comitatus inuestiturâ, et tandem inter ipsum et Regios *Fisci* ministros de tertio denario redhibendo malè conueniret, quòd stylo Comitis nondùm vteretur, nec eius inuestituram obtinuerat; Scriptis ad Regem tùm *Scotico* bello implicatum literis supplicatorijs, responsum tulit, vt nomen Comitis & Dignitatem sibi assumendo, seipsum Comitem *Deuoniæ* nominari atque in posterum appellari faceret, in hæc verba.

Rex

Rex dilecto et fideli ſuo *Hugoni* de *Courtney* ſeniori, &c. ſalutem. Cum vos per petitionem veſtram nobis porrectam coram nobis & Conſilio noſtro diù fueritis proſecuti pro redhibendis decem & octo libris ſex ſolidis et octo denarijs de annuo feudo Comitatus *Deuoniæ*, quod *Iſabella* de *Fortibus* dudùm Comitiſſa *Deuoniæ* cuius hęres eſtis et anteceſſores ipſius *Comitiſſæ* & veſtri, Comites *Deuoniæ* per manus Vicecomitũ Comitatus illius qui pro tempore fuêrunt annuatim percepêrunt: Voſque ſimilitèr poſt mortem præfatæ Comitiſſæ tanquam hæres eiuſdem pro aliquo tempore percepiſtis; Et quià vobis pro eo quòd vos *Comitem*, nullatenùs nominaſtis detenti extitêrunt, ſicut per certificationem *Theſaurarij* & *Baronum* de *Scaccario* noſtro in *Cancellariam* noſtram ad mandatum noſtrum plenius eſt compertum: Nos pro eò quòd hæreditas quæ fuit præfatæ Comitiſſæ & anteceſſorum ſuorum & veſtrorum Comitum *Deuoniæ* ad vos iure deſcendit hæreditario, & hæreditatem illam tenetis in præſenti: volentes tàm noſtræ dignitati & ęquitati Regni noſtri quàm veſtro honori

proſpicere in hac parte volumus & vobis mandamus, rogando quatenùs Nomen & honorem Comitis aſſumentes vos Comitem *Deuoniæ* faciatis de cætero nominari. Scientes quòd vobis dictum feudum annuatim ſolui faciamus proüt anteceſſoribus Comitibus *Deuoniæ* ſolui conſueuit. Teſte Rege apud *Nouum Caſtrum* ſuper *Tynam* XXII. *Februarij* Regni noſtri Nono.

Poſtremò hoc ipſum non ita pridem in *Philippo Howardo* confirmatum vidimus. Ipſe enim antiquiſsimo *Arondeliæ* Comitatus iure *Arondeliæ* titulum ſibi ſumpſit, Reginâ tantùm annuente & approbante, nullâ adhibitâ vel iterati Diplomatis vel creationis formâ.

Hùcetiam accedere videtur, quòd antiquitùs pro locorum varietate vbi habitationum ſedes vt plurimũ elegerint, diuerſis Dignitatum titulis, antiquiſsimi noſtri Comites appellari cõſueuerint. *Reginaldus* enim, qui *Cornubiæ* Comes fuit, ob aſsiduam *Briſtolliæ* commorationem, *Briſtolliæ* Comes nonnunquam dicebatur. *Robertus* de *Ferrarijs* iunior Comes de *Ferrarijs* in *Normannia* et *Derbiæ* in *Anglia*, ſemet quandoque Comitem de *Tutbury* ſcripſit, Caſtro ſcilicet ad *Staffordiæ* limites à progenitoribus ſuis extructo. *Balduinus* & *Ricardus* de *Ripariis* quandoque *Exoniæ* Comites, & viciſsim *Vectis* inſulæ Domini ob diutinas in ijſdem habitationes appellati; cum interea *Deuoniæ* Comites extiterint vtrique. *Gulielmus* etiam de *Albiniaco Arundelliæ* & *Suſſexiæ* Comes, eius nominis primus, literis Conuentitijs inter *Stephanum* & *Henricum* II. reges, teſtem ſe adhibuit nomine

Gilbertus Vmfreuile *Comes* Anguſię *in* Scotia *ductâ hæreditate de Barnie de* Kyme *in Com.* Lincolnię *et ibidem pluries habitans appellabatur paſſim Comes de* Kyme.

nomine *Gulielmi* Comitis *Cicestriæ* quod ibidem sæpiùs commoraretur. Adde etiam si libet *Penbrochiæ* Comitem *Strigulię* etiam Comitem nominatum fuisse â *Strigulia* castro, à *Gulielmo Fitz-Osborne Herefordiensi* Comite, exstructo, & *Penbrochiorum* Comitum sede.

Hæc inquam olim et antiquitus: sed hodiè non item. Ea quidem est temporis vis et in rerum formis commutandis vicissitudo, vt veteres exedendo inducat nouas. Sic Comitibus, quos olim tertio denario Prouinciæ ad dignitatem sustentandam donatos diximus: hodiè ex fisco Regio pecuniæ quotannis adnumeratur summa, et titulis locorum gaudent vbi nihil habeant vel iurisdictionis, ad administrationis, aut emolumenti. Barones item qui vti olim apud *Romanos*, Patres conscripti, & Senatores, per sestertia electi; sic per feuda militum æstimari solebant (qui enim feuda militaria XIII. & paulo amplius possederat, inter Barones asceribendus erat.) Nunc ex virtute, rerumque affluentia et possessionum fœlicitate rariùs eliguntur. Nec obstat quo minùs Baronatus nomen quis retineat cuius Baroniæ caput (vt inquiunt) postea vendiderit, aut plebeio alienauerit. Summa, sibi constans semperque eadem est regia nostra Maiestas quæ habitâ virtutis, Generis cuiusuis, aut Census ratione (quibus Reipub. aut consilio obsequi vel prodesse poterit) Dignitates vbiùis liberè largitur et moderatur, plures quandoq; ex vnâ eâdemque familiâ Barones eligendo, (illæsâ semper prioris et antiquioris succedendi consuetudine) vt in familiâ *VVillobeya Edwardus* VI. prudenter fecisse videmus, quę præter antiquissimum *VVillobeyorum* de *Eresby* Baronatum, alteram etiam de *Parham* produxit, ne plura cõmemorem breuitatis studio. Reges itaque nostros omnis Nobilitatis politicæ *Fontes* agnoscimus, quibus & omnes Dignitatum gradus acceptos referimus. Quapropter

Comes Sussexię *hodiernus per manus Vicecomitis* Cantij *X X. li. annuatim nomine creationis pecuniæ percipit in* Cantio.

Magna Charta.

Quinque Hydę *terræ constituunt feudum militare cuius regi releuium est 500. solidi. Quatuor* Virgatę *faciunt vnam* Hydam. *Virgata continet* 24. Acras *terræ.*

propter haud temerè Nobilitati noſtræ *Brittannicæ* gratulari videar, quæ ipſos reges Authores, Patronos, Moderatores, & vindices ita ſemper habuit, vt, quùm Prędia, Feuda, & Poſſeſsiones, Pactis vel tranſactionibus obnoxia, Iuris communis & forenſibus procellis agitentur: Ipſa, ſolis regibus debeatur, inſtitutiſq; heroicis & familiaribus acquieſcat. Vt

Per Titulos nemerentur Aui, ſemperq; renatâ
Nobilitate virent, & prolem fata ſequantur;
Continuum propriâ ſeruantia lege tenorem.

Ad lites namque honorarias iuſque ſuum cuique famæ & Dignitatis tribuendum, Tribunal ſeu Iuris militaris curiam genuinam habent Nobiles, quam **Court of Chiualry** appellare ſolent, de qua quùm ad ordinem Equeſtrem vel militarem peruenerimus, vlterius eſt tractandum.

Curia Militaris, i. **Court of Chiualry.**

Nobiles Minores.

NOBILES quos fert *Anglia* noſtra *Nominatos*, & dignitate eminentiores, quantâ potui breuitate demonſtraui, atque ob oculos delineatione propoſui: quibus etiam creati legibus, et ſucceſsionũ inſtitutis pro more noſtro viuant, paucis perſtrinxi. Si iam iſtis vtique *Periſcelidis* ordinis Commilitones adiunxiſſem, tractatui Colophonem addidiſſe viderer, nihil omninò de nobilibus quos *Minores* ſeu *Innominatos* diximus, ſcripturus; ſed vicit quorundam ſedula & aſsidua

aſsidua Amicorum interpellatio. Quapropter, quùm neque ab inſtituto omninò ſit alienum, nec inuitâ Methodo id fieri queat; obitèr hæc pauca vt ſubnecterem & locus et Amicorum poſtulata inuitârunt.

Nobiles itaque *Minores* tres inter ſe diuiſim complectuntur Claſſes. Prima nimirum Militum eſt, ſiue *Equitum Auratorum*, Secunda, *Armigerorum*, Tertia, eorum quos *Nobiles* tantùm, vel *Generoſos* appellamus. *Nobilium Minorum Claſſes tres.*

Generoſos vel Nobiles ſimplices, *Gallice* Gentilzhommes *Anglice* **Gentlemen**, tripliciter ſic diſtinguimus. *Generoſi ſiue Nobiles ſimplices.*

1 Qui ſtemmata cum Inſignijs gentilitia à maioribus deducit, hic ſanguine Nobilis aut generoſus eſt.

2 Qui tantùm inſignia gerit, quamuis ſtemmate nõdùm clarus, generoſus & Nobilis dicitur, et ad filios nobilitatem tranſmittit.

3 Qui denique ſtudijs vel munere aliquo tantũ conſpicuus eſt, hic ſibi tantùmodo reputatione publicâ generoſus habetur, quamuis plebeio natus patre & filios habeat plebeios.

Armiger qui et *Scutifer* quandoque, et *Homo ad Arma* olim dictus, *Gallice* Eſcuire, *Anglice* **Squire** vel **Eſquire**, *Equiti aurato* proximus eſt; vtpote qui antiquitùs Militem à latere inſequendo, Arma eius vt Commilito fidiſsimus tulerit. Vnde forſân ij quos hodiè in Regum noſtrorum Hoſpitijs *Armigeros pro corpore* agnoſcimus, origines duxiſſe videntur. Sed quod initio munus bellicum inſtitutione fuerit, nunc dignitatis gradũ obtinet, cuius antiquitas ipſa et regni noſtri conſuetudo quatuor nobis produxit ſpecies. *Armigeri.*

Prima *Baronum* aliorumque Procerum filios natu minores omnes, eorumque primogenitos complectitur, qui etiam cum primogenitura dignitatem armigeratus ſucceſſoriam reddunt quandiù non defecerint maſculi.

Altera eorum est (eaque antiquissima) qui Equitum auratorum primogeniti nascantur, et eorum filij natu maximi.

Tertia qui insignijs gentilicijs antiquitùs honestati, protogenij & familiæ suæ *Primores* sunt, Hij autem lege quâdam primogeniali, omnes eiusdem familiæ à latere generosos præcedunt, et Armigeri habentur.

Quarta Rempub. respicit et Regium Hospitium. Qui enim publica munia in Repub. obeunt, ex generosis fiunt reputatione Armigeri. Vtputà Iudices, Atturnatus, & procurator Regius, ad legem Seruientes, & id genûs fisci regij officiales alij.

Doctores.

Hijs itẽ, eos qui nobis in diuinis vel humanis *Doctores* ex *Academijs* prodeunt, sin minùs anteponere, saltèm vel cum primis associare liceat. Dignitatis namque Titulus est *Doctoratus*, ipsis genere tantùm generosis nobilior; quibus etiam pro more nostro in mandatis Regijs publicum spectantibus, tantum tribuitur eminentiç, vt vel Equitum auratorum videantur dignitate æquiparandj. In aulâ Regiâ *Apparitores* vulgò **Sergeants at armes** dicti, *Heraldi*, et omnes in Palatio regio Ministerijs incumbentes quos ob officiorum eminentias **Sargeants** item vocamus, *Armigeri torquati* fiunt. *Collare* scilicet ex SS. argenteis nigrisque conflato, collisque à Regibus impositò.

Milites siue Equites aurati.

Milites (*Anglice* **Knights** *Gallice* Cheualiers) aut *Balnei* aut *Banneretti*, aut *Baccalaurei* nobiscum nominantur. *Garterij* autem alij sunt, quàm vt istis comparatâ specie concludantur, vti suo loco dicendum.

Milites Balnei et *Baneretti*, quorum hij prælio cõmisso quadrato vexillo donati, illi ad Regum Regumque filiorum inaugurationes magnâ et antiquâ solemnitate creari solebant. *Baccalaureorum Militum* numerus est maximus. *Miles* nemo nascitur, sed à Principe vel ipsius locum-

cumtenente generali, habitâ aut generis, aut virtutis, aut Fortunæ, aut rerum domi foriſque benè geſtarum ratione; dignitatem (quę non niſi cum vitâ tollitur aut amittitur) ſtricto gladio leuiter humerum percutiente, flexis genibus accipiunt. Principe verba hæc *Gallice* proferente. Soyez bon Cheualier d'oreſenauant au nom de Dieu. Qui ſic militaris ordinis fiunt, oſculato Enſe (addito nominibus vocabulo (**Sir**) ad vitam vbiuis (more *Gallico* in Regibus compellandis) ab alijs diſtinguuntur. Vt **Sir Iohn Norris, ſir Francis Drake.** Dignitas profecto adeò per ſe ſolida, conſpicua & honoris plena, vt ſummis Ducibus & Comitibus vbiuis conueniat, quamque et ipſi Reges ſibi inuicem acceptam benignè referre non dedignati fuerint. Sic enim *Henricum* noſtrum eius nominis ſecundum, *Malcolmum Scotorum* Regem, *Turonis* in *Gallia* ob egregiè *Tholoſæ* nauatam operam Anno MCLIX. *Militem* feciſſe, Et *Alexandrum Gulielmi Scotorum* regis filium MCCXII. annum XIIII. agentem in *Anglia* ordinem militarem accepiſſe legimus. *Hugo* de *Vere* ad Comitatum *Oxoniæ* reſtitutus, fit à Rege Miles. *Henricus* etiam de *Lacy*, vxorio iure et Socrus Comitiſſæ reſignatione in Comitem *Lincolniæ* euectus, tertium *Comitatus* ſui denarium ab eo quo *Baltheo* militari cingeretur tempore percepit, decem plùs minùs annos antequam in Comitem crearetur. Antiquum præterea *Abindonenſis* Eccleſiæ Regiſtrum hæc habet.

Edw. IIII. *Miles factus per Comitem* Deuonię.
Henricus VII. *factus per Comitem* Arondellię.
Edw. VI. *per Ducem* Sommerſetti.

Comes Geſtrenſis, Ricardus, *cum matre ſua* Ermentrude *in villa* Abindoniæ *acceptus hoſpitio*: *Abbate* Farritio *interpellante & Comitiſſa matre, quicquid de terra de* Wimondiſleia *actitatum extitit, Comes ipſe benefactum extulit, & ſuo deſcripto roborauit. Quod quidem Deſcriptum ſigillo matris ſuæ ſignari conſtituit: nondum enim militari baltheo cinctus, materno ſigillo literæ quolibet ab illo directæ*

includebantur. Hâc de re est, quòd annotatur Comitissæ potius quam Comitis sigillo descriptum signari cuius forma hæc est. Ricardus *Comes* Cestriæ *et* Ermentrudis *Comitissa Mater eius*, Nigillo *de* Oylly, *&c.*

Hoc ipsum testantur Rescriptorum Parlamentorum antiquæ formulæ. Proceres enim ad Comitia Regni Reges ita euocare solitos constat: *Iohanni Marchioni de Monteacuto Cheualier.* ( ) *Henrici* VI. *Henrico Vicecomiti Bourchier* Militi. I. *Ed.* IIII. &c. Quod quamuis in cæteris non ita pridem obsolere cœperit, in *Baronibus* tamen vel nouis euocandis, vel veteribus accersendis etiamnùm seriò retinetur, vtpote *Gulielmo Brooke de Cobham Cheualier*, & *Gulielmo Cecill de Burghley Militi*, quùm *Barones* (Lordes) de *Cobham* & de *Burghley* vulgò agnoscantur & appellentur vtrique: adeo vt ordinem Equestrem *Baronagij Anglici* Seminarium penè dixeris. Mitto quantâ antiquitùs solemnitate Regni, & subditorum dispendijs, filijs suis primogenitis (Principibus nempe *VValliæ*) decus hoc militare Reges nostri conferre soliti fuerint, & quanto huius ordinis splendore & magnificentia Imperatores & Reges fœdere coniuncti (mutuâ quadam Monarchis inter se & quasi genuinâ Nobilitatis conferendæ iure Gentium facultate) alterutrius subditos & legatos hac dignitate ordinatos demiserint. Formam tantummodo cum ritibus antiquam Anonimi cuiusdam ex veteri Chronico subnectere libet. Anno inquit MCCCXVI. *Dominus* Ricardus *de* Rodney *factus fuit miles apud* Keynsham *die translationis Sancti* Thomæ Martyris *in præsentia Domini* Almarici Comitis de Penbroke *qui cinxit eum gladio*, & *Dominus* Mauritius *de* Barkley *super pedem dextram posuit vnum* Calcar, *& Dominus* Bartholomeus *de* Badelismer (*Baro vterque*) *supposuit aliud super pedem sinistram in aula, & hoc facto, recessit cum honore*. Sed alio nunc

Alphonsus *Rex* Aragonię *an.* MDXI. VVistanum Browne Anglum *dignitate Equestri & additamento Aquilæ nigræ in clypeo gentilitio ornauit. Itẽ* Ferdinandus *Rex* Arragonię Henricũ Guildford, *Malo Granato in clypeo addito*; & Carolus V. Edwardum Carn *Iuris Doctorem insignibus donatũ eâdem dignitate ornârunt.*

nunc pro temporis ratione viuitur more, & in isto vt in cęteris docuit rerum vicissitudo, *Quantum æui longinqua valet mutare vetustas*. De militum origine et militaris ordinis tùm antiquitate cùm præ cæteris ęminentiâ cogitando, vix me expedio quin nescio quod mihi magnificum in eodem, & quasi supra Nobilitatem ipsam excellentius, Nomen hoc ab antiquo præ se ferre videatur, et Solia veluti ascędens regia, omnis Nobilitatis ciuilis vindex & pro Tribunali quasi Judex sedeat. Ad lites namque honorarias discutiendas iusque suum cuiq; famæ vel dignitatis conseruandum, Tribunal siue Curia Nobilibus genuina isto nomine Militaris vbique dicta est, vulgò **Court of Chiualrie** cuius hæc apud nos constat forma. Actitandi locus Aula Regia constitutus, Regni *Constabularius* cum *Comite Mariscallo Angliæ*, Judices assidebant, vbi Actor quis vel in Dignitatum seu Armorum aut cuiusuis Nobilitatis et honoris Actione Reum appellare solet. Formula verò qua *Mareschallus Angliæ* Nobiles ad suum Tribunal vocare solebat, huiusmodi erat.

Curia Militaris Angliee **Court of Cheualry.**

Iehan filz du Roy Conestable d'Angleterre & Gardein de l'estmarche de vers Escoce. A nostre treschier cousyn Monsieur Rauf Sire de Neuille Conte de Westmorland & Mareschall d'Angleterre salus. Nous vous mandons et chargeons que vous faces gauir & venir deuant nous Legalment a Westminster le neofisme iour de may procheyn venant Mounsieur Edward Hastinges pour respondre a Monsieur Reynald Sire de Grey et de Rutheyn de ce qu'il luy sur mettre adouques en nostre Court de Cheualry touchãt l'user et porter a tout de ses Armes a ce que le dit Sire de Grey dist et tome il sera plus au pleyn declare a mesme iour et en outre pour faire & Receuoir ce que la Loy et Custume de nostre dit Courte demandẽt en ceste partie. Remandãtz par deuers nous au dit iour oue iceste nostre mandement tout ce que vous en aurez fait. Donnee a Westminster soubz le seel de nostre

ſtre office le premier iour de May L'an du Regne mon treſredoute Signieur et Pere le Roy Henry Quart puis le Conqueſt Dytieſme.

Iehan fiz frere & Uncle au Roys duc de Bedford & d'Aniou, Conte Richemond et de Kendall, et Conestable d'Angleterre a nostre treſcher couſin Iehan duc de Northfolke Mareſchall d'Angleterre ſalus. Nous vous mandons et chargeons que vous facez arreſtre et venir deuant nous ou nostre Lieutenant a Weſtminſter a la quinſieſme du ſaint Hillar prochain venant William Clopton du Counte de Suffolke Eſquier pour a dungues reſpondre deuant nous ou nostre Lieutenant en la Court de Chiualrie a Robert Eland Eſquier du Conte de Nicholl de ce que le dit Robert adungues luy ſur mettra par voie d'armes ad mis & appoſe le ſeel de ſes armes a vn faur et forge, fait as domages du dit Robert de L. li. et plus a ce qui dit Remandantz par deuers nous a dit Jour oue iceſt noſtre mandement tout ſe que vous en aurez faitz. Donne ſoubz le ſeale du noſtre office le xxiii. Jour de Nouēbre L'an du regne noſtre Signieur le Roy ſiſme puis le cōqueſt d'Angleterre Ceſtiſme.

Actionis intentandæ forma per *Diplomatum* inſpectiones, Chartas antiquas et (quas vocant) Euidentias atque teſtes vtrinque exigitur. Omnia vt plurimum Latinè aut Gallicè (ſcriptis) per procuratores actitantur. Sententia tandem definitiua, ex æquo et bono et conſuetudine heroica noſtra non exotica publico officij ſigillo obſignata palàm legitur, et deinde exequenda Comiti *Mariſcallo* exhibetur. Quod ſi quid ab vtraque parte minùs prouidè emanauerit, aut omiſſum extiterit, ad Regem prouocare licet qui rem omnem denuò ad Epiſcopos, Eccleſiaſticos, legum peritos, vitæque integerrimos, ſedulò examinandam et enarrandam referre aſſueuit. Iſto planè modo diſceptatum, adiudicatum fuit et prouocatum inter *Reginaldum Baronem Grey de Ruthen*, et *Edwardum Haſtings* Equitem, de inſignibus

ſiue

siue Armis *Hastingorum* familiæ, regnante *Henrico* III. Inter Barones de *Lovel* & *Morley* de Insignibus familiæ de *Burnell*. *Ricardus le Scrope* Actor, contra *Robertum Grosuenour* Reum in Actione Armorum anno IX. Regis *Ricardi* II. ne plura commemorem quę in Archiuis regijs fusiùs extant, et apud *Heraldos, quorũ apprime interest monumenta ejusmodi cum familiarum Genealogijs & Insignijs Gentilitijs perquirere, distinguere, Res gestas scribere, & ad perpetuam rei memoriam libris concinnare.* Qui et ipsi Comestabulem summum, et Comitem *Marıscallum Angliæ*, Patronos agnoscentes, à Regibus stipendia percipiunt annua, & Priuilegijs donantur eximijs.

Amplam hîc tandem de *Fecialium* sacris, institutione, belli paciſque immunitatibus, & antiquâ apud omnes gentes veneratione dicendi ansam haberé, si vltrà propositam mihi breuitatẽ longiùs expatiari liceret, quos propterea prætermisse decreueram. Cæterùm, ne de tot Nobilium nostrorum gradibus, tantâque de nobilitate politicâ scribens (ipsos sibimet *Mercurios* esse relinquens) parum consultò et æquo minùs dixisse videar, de *Caduceatoribus* pauca ista & obiter perstringere visum est. Feciales olim dicti quasi publicæ fidei internuntij. Sed à quò primùm rebus suis lacagendis Monarchiæ sibi inuicem legatos residentes & assiduos indulgere cœperint, adeò *Heraldicæ* dignitati detractum est, vt neglecti planè et pene prostrati vbiuis vlulent. Nostri tamen qui sint, et quibus (Regum indulgentiâ) laribus, et legibus tutò nobiscum vitam degunt, si nonnulli quàdam libet ob oculos proponere. *Feciales.*

Feciali-

Fecialium collegiata Societas ex XIII. conſtat, nempe

- *Regibus* tribus qui ab officijs appellantur
  - *Gartierus*, omnium velut *Coryphæus* incedit: non tam Creationis antiquitate (ab *Henrico* V. enim conſtitutus) quàm *Garteriani* Ordinis ſupereminentiâ.
  - *Clarentius.* / *Norroy.* — Vtriq; ab *Ed.* III. inſtituti et Prouinciales reges armorũ dicũtur.
- *Heraldis* ſex, qui nominibus adititijs nuncupantur
  - *Somerſet.*
  - *Cheſter.*
  - *Windeſor.*
  - *Richemond.*
  - *Lancaſter.*
  - *Yorke.*
- *Purſuiuantibus* quatuor, quos in arte Heraldicâ Tirones & Proſequentes dixeris, quibus etiam alia imponuntur Nomina.
  - *Rougedragon.*
  - *Portcullis.*
  - *Blewmantell.*
  - *Rouge croix.*

Hij omnes per nomina *Regum, Heraldorum,* & *Purſuiuantiũ* per ipſos reges immediatè vel Regni *Comeſtabularium* aut *Comitem Mareſcallum* Regiâ facultate munitũ *Coronis Coronantur, collaribus eriguntur, Tunicis inveſtiuntur, & nominibus adititijs nominantur*, ſtatiſq; ceremonijs creantur, ſtipendia annua ex *Fiſco* Regio percipiunt; ad cõſultandũ & eoẽũdũ circa Inſignia, Monumentaque autentica et ad artem Heraldicá conducentia, Domo publicâ *Londini* (Regni ciuitate Primariâ) Regio Diplomate incorporati donantur. Vbi præter immunitates et Priuilegia quibus viuunt, Claſsium differentijs et functionum eminentijs diſtinguuntur.

Alij namque ad societatis dignitatē conseruandā et reliquos gubernandum præficiuntur, vt puta

Gartierus Armorū Rex ob ordinis *Periscelidis* eminentem Dignitatem præcipuus est. Cui munus peculiare, Equites eius ordinis omni obsequio prosequi. Candidatos nouę electionis admonere, Jnstallandos *VVindesori* accersere, et insignia sedibus appendi curare. In funeribus, exequiarū iustis et ritibus prospicere. Quapropter ab ipso Rege (præter Equitum salaria annuâ) duplici præ cæteris donatur stipendio. In nouo quoquam Imp. Rege, Principe, Duce, Marchione, Comite, Vicecomite, Barone, aut aurato Equite, in hunc ordinem inaugurando, superius quo eo die vestitur indumentū vendicat. Baroni item cuiuis nouo, ad Parlamentm euocato, locum inter Pares demonstrat, aliaque ad ordinem conducentia ordinat.

Clarentius qui orientalium, occidentalium & Australium omniū prouinciarum Rex Armorū est, citra *Trentam* fluuium.

Norroy qui etiā per Borealem partem Regni vltra *Trentam* Rex Armorum agnoscitur.

Hij duo per omnes Regni pronincias per Diplomta facultatem habent Nobilium familias visitandi, genealogias delineandi, stemmata distinguendi, & falso sibi Nobilitatem assumentes publico foro reprobandi, Funeralia & exequiarum debita vnicuique pro Dignitate ordinandi Arma siue insignia designandi, &c. Et Heraldis æquè ac *Gartierus* per omnia præsunt.

Ad obtē perandū instituti nempe *Heraldi* & *Pursuiuātes*.

Quiper omnia ad societatē tuendam, aut ipsorum priuatim emolumēta licite promouenda studijs incumbunt, & a Regum mandatis libenter dependent.

Hij tantum Regij apud nos *Heraldi*, quòd à Regibus stipendia mereantur & publico obsequio omnes Regni nobiles prosequantur.

Feciales Proceribus domestici & Peculiares.

Proceres verò et Magnates olim *Feciales* sibi peculiares asciuêrunt. *Chester* enim *Heraldus* & *Falco Pursuiuans Principi VValliæ* à mandatis vixêrunt & inseruiêrunt. *Humfredus Gloceſtriæ* Dux et *Penbrochiæ* Comes *Penbrochum Heraldum* sibi domesticum habuit. *Ricardus* itèm *Gloceſtriæ* Dux, Regno iam potitus *Gloceſtrium Regem Armorum* totius *VValliæ*, nominari voluit. *Carolus Brandonus Suffolciæ* Dux *Suffolcium Heraldum*, & *Marleon* Pursuiuantem famulos retinuit. *Marchio Dorceſtriæ Groby* fecialem aluit. *Northumbriæ* Comes *Northumberlandum* Heraldum atque *Esperance* Pursuiuantẽ. *Artburus Plantagenet Insulæ* Vicecomes, *L'isle* sibi Pursuiuantem et Baro de *Hastings Hastingum* asciuit. Hos ex alijs quamplurimis recensuisse libuit, qui Magnatibus obsequia peculiaria & domestica præstitêrunt. Sed cùm dignitate Domini melior fit conditio serui, haud pari cum Regijs authoritate aut Priuilegijs vixêrunt.

Cuncta sic ad Nobilitatem Politicam ornandum perstringendo, hic tandem de insignijs pauca subtexere et per licentiam Heraldorum inserere liceat, quibus à plebeis dignosci et intet se per familias distingui soleant Nobiles; parciùs olim quàm nostro seculo et solis emeritis conferri assuetis.

Originem verò Insignia huiusmodi non nisi à donis militaribus in *Romana* Repub. petere videantur.

Maxima namque Romanis ad gloriam et honorem contentio semper fuit, quam vt alerent, ornamentis et præmijs ad res præclarè gerendas domi forisque mentes hominum excitare studebant. In bello florurêrunt Dona militaria, Trophæa, Arcus Triumphales, literæ laureatæ &c. In pace domi ostentabantur Tituli, Imagines, statuæ, hisque similia. Prudentèr sanè primò excogitata et deinde cum Imperio ita adaucta, vt

quot

quot quisque et quales Coronas, Armillas, Torques, et Cristas meruisset, quales Phaleras, hastas, pila, aut Balthea adeptus esset, hæc scutis et *Clypeis*, & supra *Galeas* imposita, in Bellorum expeditionibus gestare : quumque iterum Pacis munia touerent domum reuersi, optimus quisque suspendere ; eaque ornamenta, Insignium nomine longâ successionis serie ad posteros trâsmittere solebant. Hinc insignia illa gentilitia passim per Regna à Nobilibus vsurpata, *Germanis* Weapen nostro idiomate, Armes & Latinè, *Arma*, ab arcendis hostibus (si libet) dicta.

Ista produnt Numismata antiqua, & veteres *Romanorum* scriptores fide digni, quorum adeò per Regna tandem prævaluit vsus, vt quemadmodum homines ab hominibus *Nomina*, sic gentes et familias distinguant Arma ; ab ipsis *Regibus* primò, deinde ab *Heraldis* Armorum Regibus *Nobilitati* politicæ vbiq; apprimè seruientibus facultate Regiâ transmissoriâ concessa, quibus ea libens relinquo. Egregium propterea & homine ingenuo dignum vbiuis gentium Feciale *Heraldorum* munus nomenque fuit. Quos *Nobilitatis Politicæ alumnos, Aequitatis Arbitros, veritatis vindices, legatos Principum, Rerumque egregie gestarum Scriptores*, Antiqui nominare solebant.

Heraldorum antiquorum definitio.

Sed hei mihi, quod Methodi quodam vento, ad *Heraldos* nostros sic inuitus appulerim, quos nescio quo fato sibi ipsis diu ruinam molientes, nemo non videat & lugeat. Quamuis sane nec adeò mirũ, quùm in promptu causa sit (liceat enim mihi quod res ipsa loquitur verum effari) solius nempe *Curiæ Militaris* (cuius modò memini) defectu, NOBILITATE ipsâ sæpius læsâ ; fatiscunt *Feciales*,

Non deest tamen heroicæ veritati inter Nobilissimos patrocinium, venerandaque Antiquitas quamuis pro-

prijs ædibus velut exul & propè peregrina ; ſui habet cum Muſis alumnos peramantes & ſtudioſiſſimos, * qui et mihi in iſtis perficiendis conſilijs non deſuêrunt.

Hij ſunt vtriuſque Nobilitatis noſtræ Ordines Nominatæ *&* Innominatæ. *Quibus iam inter ſe Claſſibus diſtincti, & quem ſibi inuicem honorem (iure quodam procedendi) deferant, paucis hic habe.*

1 REGIA Maieſtas.
2 Princeps *VValliæ.*
3 Duces regali ſanguine nati.
4 Duces non ſanguine regio nati.
5 Ducum primogeniti ſanguine regio natorum.
6 *Marchiones.*
7 Ducum primogeniti.
8 *Comites.*
9 *Marchionum* primoginiti.
10 Ducum regali proſapiâ ortorum filij natu minores.
11 Ducum ſecundogeniti.
12 Vicecomites.
13 Comitum primogeniti.
14 Marchionum ſecundogeniti.
15 Barones.
16 Vicecomitum primogeniti.
17 Comitum ſecundogeniti.
18 Baronum primogeniti.
19 Milites Banneretti.
20 Vicecomitum ſecúdogeniti.
21 Baronum

* Michael Henneage *in Archiuis regijs olim* Actuarius *ſummus. Tho.* Talbottus, *tenaciſſimæ memoriæ, et in hiſtorijs genealogicis verſatiſſimus Amicus. Et* Gulielmus Camdenus *aliâs* Clarentius *ſuis meritis nunc Rex Armorum doctiſſimus. Cui* Britannia *noſtra et* Feciales *hodierni omnes vnà mecum plurima debent.*

21 Baronum ſecundogeniti.
22 Millites *Baccalaurei.*
23 Armigeri pro corpore.
24 Militum Bannerettorum primogeniti.
25 Militum Baccalaureorum primogeniti.
26 Armigeri.
27 Generoſi.

Equitum auratorum qui à Conſilijs ſanctioribus Regi ſunt, Filij loca obtinent pro temporis ratione quo Patres militari ordine inſigniri dignoſcuntur, Baronum filijs inferiores.

Equitis autem cuiuſque aurati creationis antiquitas reſpicitur, quâ ratione, Filij antiquiorum recentiorum filios præcedunt. Inter Armigeros, Familiarum antiquitas, Facultates et Munia publica ſpectantur. Vnde fit vt vxores præcipuarum familiarum aut officijs fungentium ante alias loca capeſſant.

Cæterùm nihil hic certi ſtatutum perſpicimus de Armigerorum aut vxorum locis neque fratrum coniugibus natu minorum; quùm plurima huiuſmodi ſæpiùs occurrant, quæ regulis comprehendi nequeant; proüt in *Nobilitate nominata*, Principibus nimirum Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicomitibus, & Baronibus fieri ſolet.

Iam tandem ad Milites Garteriani ordinis tranſeamus.

Diximus initio, in Proceribus noſtris claſsicè diſtinguendis et recenſendis, haud temerè factum videri, ſi & ordinis noſtri *Periſcelidis* longè omnium honoratiſſimi Equitum Sodalitium adiunxerim. Quippe quod

Equites auratos & Nobiles quandoque minores ob virtutem bello pacèue præ cæteris conſpicuos, non ſolum optimatibus domi ſed et Regibus ipſis atque Jmperatoribus pene pares faciat. Ordo ſane omnium orbis Chriſtiani, (ſi cum quocunque alio conferendus) antiquiſsimus et celeberrimus, in quo ipſiſſima cum religione & virtute Nobilitas viginti quinq; ſtipata Militibus inclytiſsimis, ſolio vt ita dicã intemerata Maieſtate ſedere conſpicitur. Quocirca quùm tantæ Dignitatis fuerit omnique aliâ Nobilitate illuſtrior, maiorq; quàm vt Claſsibus includatur, vtpote qui omnes in ſe cõplectitur gradus, ſolum hîc cõſpiciendum quàm potui breuitate exhibere, cum eoque Tractatum claudere ſtatui.

GARTERII

Equeſtris ordo, quando & à quibus inſtitutus.

EDOARDVS tertius *Angliæ*, & *Franciæ*, Rex inuictiſsimus, Princeps omnifariâ pietate, magnanimitate, et conſilio apprimè præditus, Anno Regni viceſimo tertio, quùm de *Gallis* atque *Scotis* ſæpiùs triumphaſſet: ad Dei ſummi honorem cui (vt pij regis erat) omnia accepta retulit; & ornamenta militaria, quorum operâ fideli tam fœliciter vſus eſſet, *Periſcelidis* Equeſtris ordinis ceremonias inſtituit in caſtro ſuo *VVindeſori*, cui & cærulei ſubligaris nomen (vulgò *Garteri*) indidit, in quo *Angliæ* reges eius ordinis *Su-*

premos

premos & XXV. *Equites* ſeu *Commilitones* conſtituit. Qui bellicâ tum virtute & natalibus clariſsimi, Duces lectiſſimi ſolemni ſacramento adacti, mutuæ perpetuæque amicitię vinculo ſe obligantes ad *Collegij* & *Sodalitij* decus & honorem tuendum, quoduis periculum vel mortem ſubire non recuſent. Atque ideo *Garterij Sodales* appellantur, quòd ſiniſtri cruris ſuram baltheolo gemmis decorato vinctam habeant, quem *Garterum* dicimus: ordinis ſymbolum ſpeciale in quo *Gallice*, aureis literis ſic inſcribitur, HONY. SOIT. QVI. MAL. YPENSE. Hij omnes annuatim ſemel indumentis ordinis veſtiti in die XXIII. *Aprilis* D. *Georgio* ſacro conueniunt. Ritus atq; ceremoniæ quibus maxima ſolemnitate pro ordinis eminētiâ ſuprēmâ, eligātur & *VVindeſori* inſtallantur: ſtatutaque quibus viuant huiuſmodi *Commilitones* quùm iuſtis vix contineantur voluminibus, hîc anguſto ſermonis filo perſtringi nequeunt. Quapropter Nomina tantum eorum qui ab initio vel cum ipſo *Edwardo* Rege *Fundatores*, vel à Regibus noſtris omni tempore eius ordinis *Conſodales* propter aliquam præ cæteris virtutem in mortuorum loca ſuffecti fuerint, ad noſtram vſque ætatem recenſere libet.

EDVVARDVS *Tertius* Angliæ, Franciæque *Rex, &c. ordinis* Garterij *ſupremus vulgo* Soueraigne *& cũ ipſo primi* Fundatores *viginti quinque quem numerum nunquam excedunt.*

Henricus Dux Lancaſtriæ.
Petrus Capitaneus Bouche.
Gulielmus Montis-acuti Comes Sarisburiæ.
Iohannes Dominus Inſulæ aliàs L'iſle.
Iohannes de Bellocampo Miles.
Hugo Courteniacus Miles.
Iohannes Grey de Codnor Miles.
Milo Stapleton Miles.
Hugo Wrotheſley Miles.
Iohannes Chandos Miles Bannerettus.
Otho Holland Miles.
Sanchio Dampredicourt Miles.

EDVVARDVS *Princeps Walliæ Edwardi Regis primogenitus.*

Thomas de Bello campo Comes Warwici.
Radulphus Stafford Comes Staffordiæ.
Rogerus Mortimer Comes Marchiæ.
Bartholomeus de Burgherſh Miles.
Iohannes Dominus Mohun Baro.
Thomas Holland Miles.
Ricardus Fitz Symon Miles.
Thomas Walle Miles.
Neelus Loringe Miles.

Iacobus Audeley Miles.
Henricus Esme Miles.
Gualterus Paueley Miles.

Mortuis *fundatoribus, hij vtiq; regnante* Edwardo *tertio electi, & ad loca morientium, adsciti, mortuorum vices suppleuêrunt.*

Hi et sequentes pro dignitatis, non temporis successione nominantur.

Ricardus dictus de Burdegalia, Principis VValliæ primogenitus, qui & Rex post auum Edwardum Angliæ fuit eius nominis secundus.

Lionellus ab Antuerpia dictus, Edwardi Reges filius tertius, Dux Clarentiæ & Vltoniæ Comes.

Iohannes de Gandauo dictus, Edwardi Regis filius IIII. Comes primò fuit Richemondiæ et posteà Dux Lancastriæ.

Edmondus de Langley Edwardi Regis filius quintus. Comes primò Cantabrigiæ, deinde Dux Eboraci.

Iohannes de Monteforti dictus Strenus Dux Brittanniæ et Comes Richemondiæ, *Edwardi tertij Regis gener.*

Humfredus de Bohun Comes Herefordiæ.
Gulielmus de Bohun Comes Northamptonię.
Johannes Hastings Comes Penbrochiæ.
Thomas de Bello campo Comes Warwici.
Ricardus Fitzallan Comes Arundelliæ.
Robertus Vfford Comes Suffolciæ.
Hugo Stafford Comes Staffordiæ.
Ingelramus de Coucy Comes Bedfordiæ.
Guiscardus de Engolesmo Comes Huntingtoniæ.

Edwardus

Edwardus Baro Spencer.
Gulielmus Baro Latimer.
Reginaldus Baro Cobham de Sterborow.
Iohannes Baro Neuile de Raby.
Radulphus Baro Baſſet de Drayton.

Gaulterus *Manny Miles* Bannerettus.
Thomas Vfford Miles.
Thomas Felton Miles.
Franciſcus Van Halle Miles.
Alanus Boxhull Miles.
Ricardus Pembruge Miles.
Thomas Vtreight *Miles*.
Thomas Banneſter Miles.
Ricardus la Vache *Miles*.
Guido de Brienne Miles.

RICARDVS *eius nominis ſecundus Rex* Angliæ & Franciæ, *&c. ordinis* Garterij Supremus: *et qui ab ipſo in ordine electi fuerint.*

Thomas de Woodſtock Comes Buckinghamiæ & poſteà Dux Gloceſtriæ Edw. III. Regis filius ſextus.

Henricus de Lancaſtria Comes *Derbiæ* et Dux Herefordiæ, atque demum Lancaſtriæ tandem et Rex fuit eius nominis Quartus.

Gulielmus Dux Geldriæ.

Gulielmus de Hannonia dictus, Comes primò fuit de Oſtreuant, poſteà *Dux* Hollandiæ, Hannoniæ, et Zelandiæ.

Thomas Holland Comes Cantij, poſtea *Dux* Surreyę.

Iohan-

Iohannes Holland Comes Huntingdon et Dux Exoniæ.

Thomas Mowbray Comes Notingham & postea dux Norffolciæ, et Comes Mariscallus Angliæ.

Edwardus Comes Rutlandiæ Dux Albemarliæ, & mortuo Edmondo de Langley patre, Dux Eboraci.

Michaëlis de la Poole Comes Suffolcię & Anglię Cancellarius.

Gulielmus Scroope Comes Wiltonię & Anglię Thesaurarius.

Gulielmus de *B*ello campo Baro de Bergauenny.
Iohannes Beamount Baro.
Gulielmus Willoughby Baro.
Ricardus Grey Baro.

Nicholaus Sarnesfelde *M*iles.
Philippus de la Vache Miles.
Robertus Knolles Miles.
Guido de *B*rianne *M*iles.
Simon *B*urley *M*iles.
Ioannes *D*'Euereux Miles.
Brianus Stapleton Miles.
Ricardus Burley *M*iles.
Petrus de Courtney Miles.
Ioannes *B*urley Miles.
Ioannes Bourchier Miles.
Thomas Grandson *M*iles.
Ludouicus Clifford *M*iles.
Robertus *D*unstauilla *M*iles.
Robertus de Namur Miles.

Henricus

HENRICVS *eius nominis Quartus Rex Angliæ, & Franciæ, &c. Ordinis Garterij Supremus & qui ipso regnante in loca vacantibus suffecti fuerunt.*

Henricus Princeps Walliæ Henrici Regis primogenitus, qui etiam posteà mortuo patre Rex fuit eius nominis quintus.

Thomas Lancastrius Dux Clarentiæ Henrici regis secundo genitus.

Iohannes Dux Bedfordiæ Regens Franciæ, Henrici regis tertiogenitus.

Humfredus Dux Gloceſtriæ Henrici Regis filius quartus.

Thomas Beaufort Dux Exoniæ Iohannis Gandauensis Lancastriæ Ducis filius.

Robertus Comes Palatinus Dux Bauariæ.

Iohannes Beaufort Comes Somerset, Tho. ducis Exoniæ frater.

Thomas Fitz-Alanus Comes Arondelliæ.

Edmundus Stafford Comes Staffordiæ.

Edmundus Holland Comes Cantij.

Radulphus Neuill Comes Westmorlandiæ.

Gilbortus Dominus Talbot Baro.

Gulielmus Dominus Roos Baro.

Thomas Dominus Morley Baro.

Edwardus Dominus Powis Baro.

Iohannes Dominus Louell Baro.

Hugo

Hugo Dominus Burnell Baro.

Johannes Cornewell Miles posteà Baro Fanhope.
Gulielmus de Arundell Miles.
Iohannes Stanley Miles regij Hospitij Senescallus.
Robertus Vmfreuile Miles.
Thomas Rampston Miles Turris Londinensis Comestabulis.
Thomas Erpingham Miles.
Iohannes Sulbie Miles.
Sanctius de Trane Miles.

Henricus *eius nominis Quintus Rex* Angliæ & Franciæ, *&c. Ordinis* Garterij Supremus, *& Milites quos ipse periscelide in vacuas morientium sedes ornauit.*

Sigismundus Rex Hungariæ & Bohemiæ, Marchio Brandenburgensis,& Imperator electus.
Iohannes Portugalliæ Rex.
Christianus Daniæ Rex.

Philippus Burgundiæ Dux.
Iohannes Holland Comes Hútingdoniæ post Exoniæ Dux
Gulielmus de la Poole Comes primò,posteà Marchio, et tandem Suffolciæ *Dux.*
Iohannes Mowbray Comes Marescallus et posteà Norfolcię *Dux.*
Thomas Montis-acuti Comes Sarisburiensis.
Ricardus de Vere Comes Oxoniæ.

Ricardus *Heauchamp* Comes Warwici.

Thomas *Baro* Camoys.
Iohannes *Baro* Clifford.
Robertus Baro Willoughby.
Gulielmus Philip Baro *Bardolf.*
Henricus Baro Fitzhugh.
Lodouicus *Robſart Baro Bourchier.*
Hugo Stafford Baro Bourchier.
Gualterus *Baro Hungerford.*

Simon Felbridge Miles.
Iohannes Grey de *Eyton* Miles.
Iohannes Dabrighcourt Miles.
Iohannes *Robſart* Miles.
Tranck Van Clux Germanus *Miles.*
Gulielmus *Harrington Miles.*
Iohannes *Blount* Miles.

Henricus eius nominis ſextus *Angliæ, Franciæ,* &c. Rex & ordinis *Garterij Supremus* & ab ipſo Milites *Garteriano* ordine inſigniti.

Albertus Auſtriæ *Dux, Hungariæ* et *Bohemiæ,* & poſteà Jmperator.
Fridericus *Dux* Auſtriæ & Jmperator, Alberti frater.

Edwardus Portugallię *Rex.*
Alphonſus Aragoniæ, Neapolis & Siciliæ *Rex.*

Caſimiris

Casimiris Poloniæ Rex.

Edwardus Walliæ Princeps Henrici regis primogenitus.

Petrus Conimbriæ Dux Iohannis Portugalliæ regis filius.

Henricus Dux Visontij Iohannis Portugaliæ Regis filius.

( ) Brunswicensis Dux.

Ricardus Eboracensis Dux Edwardi IIII. Regis Pater.

Iohannes *Beaufort* Comes & posteà Sommersetti *Dux*.

Edmundus *Beaufort* Comes Moritonij posteà Marchio, & demum Sommersetti Dux.

Gaspar Penbrochiæ Comes, posteà Dux Bedfordiæ.

Iohannes *Moubray* Norfolciæ *Dux*.

Humfredus Comes Staffordię & posteà Buckinghamię Dux.

Gaston de Foix Capitaneus de la Bouche, Longevillæ Comes.

Iohannes de Foix Comes Candaliæ.

Aluarus D'almada Comes d'Auerence.

Iohannes Fitz-Alanus Arondeliæ Comes.

Ricardus Neuill Sarisburiæ Comes.

Ricardus Neuill Comes Warwici.

Iohannes Baro Talbot posteà Salopiæ Comes.

Iohannes Baro Talbot *Salopiæ* Comes eius filius.

Iacobus Butler Wiltoniæ et Ormondiæ Comes.

Gulielmus Neuill *Dominus* Fauconbridge posteà Comes Cantij.

Ricardus Wooduill Comes Riuers.

Henricus Vicecomes Bourchier & posteà Essexiæ Comes.

Iohannes Beaumount Vicecomes Beaumount.

Iohannes Sutton Baro *Dudley.*
Thomas Baro Scales.
Iohannes *Baro* Grey de Ruthin.
Radulphus Baro Butler de Sudeley.
Lionellus *Baro* Welles:
Iohannes Baro Bourchier de Berners.
Thomas Baro Stanley.
Gulielmus Baro Bonuill.
Iohannes Baro Wenlock.
Iohannes Baro Beauchamp de Powik.
Thomas Baro Hoo.

Iohanes Ratcliff Miles.
Iohannes Fastolf *Miles.*
Thomas Kiriell Miles.
Edwardus Hall Miles.

EDVVARDVS *eius nominis Quartus* Angliæ, Franciæ, *&c. Rex, ordinis Periscelidis* Supremus *hos in loca morientium vacua Commilitones elegit.*

Ferdinandus Siciliæ & Neapolis Rex Alfonsi regis Nothus.

Iohan-

Iohannes Portugalliæ Rex.

Edwardus Walliæ Princeps.

Carolus Burgundiæ Dux.
Franciſcus Sfortia Mediolani Dux.
Fredericus Vrbinatis Dux.
Hercules Ferrariæ Dux.
Ricardus Eboraci Dux filius regis.
Georgius Clarentiæ Dux, filius regis.
Ricardus Gloceſtriæ Dux, qui & Regnum vſurpauit.
Iohannes Mowbray Norffolciæ Dux.
Iohannes Baro Howard poſtea Dux Norffolciæ.
Iohannes de la Poole Suffolciæ Dux.
Henricus Stafford Buckinghamiæ Dux.

Iohannes Neuill Marchio Montis-acuti.
Thomas Grey Marchio Dorſet.

Iacobus Douglas Comes Douglas in Scotia.
Gulielmus Fitz-Allan Comes Arondelliæ.
Thomas Baro Maltrauers Guli. filius & poſtea Comes Arondelliæ.
Anthonius Wooduile Baro Scales, poſtea Comes Riuers.
Gulielmus Baro Herbert, poſtea creatus in Comitem Pembroke.
Iohannes Stafford Comes Wilton.
Henricus Percy Comes Northumbriæ.
Iohannes Tiptoft Comes Wigorniæ.

Galiardus Duras Dominus Duras.

Iohannes *Baro* Scroope de Bolton.
Gualterus Deuereux Baro Ferrers de Chartley.
Gualterus Blount Baro de *Montioy*.
Gulielmus Baro Haſtings Camerarius Regius.

Iohannes Aſtley Miles.
Gulielmus Chamberlayne Miles.
Gulielmus Parre Miles.
Robertus Harecourt.
Thomas Montgomery Miles.

EDVVARDVS eius nominis Quintus *Angliæ, Franciæ*, Rex, &c. Ordinis *Supremus* ſub quo nulla nouorum Equitũ *Garterij* electio fuit. Omnes enim quoad vixit locos equitibus à patre completos habuit, & reliquit: Principis tantùm & *Iohannis Portugaliæ* Regis ſedibus exceptis.

Ricardus eius nominis Tertius Rex *Angliæ, Franciæ*, &c. Rex ordinis *Garteriani Supremus* eoque regnante Commilitones ſurrogati.

Thomas Howard Comes Surreyæ & Norfolciæ *Dux*.

Thomas *Baro* Stanley poſteà *Derbiæ* Comes.

Franciſ-

Franciſcus Vicecomes Louell.

Iohannes Coniers *Miles.*
Ricardus Radcliff Miles.
Thomas *Burgh* Miles.
Ricardus Tunſtall Miles.

Henricus eius nominis *Septimus Angliæ, Franciæ,* &c. ordinis huius inclytiſsimi *Supremus,* eoque regnante in loca mortuorum Commilitones adlecti.

Maximilianus *Romanorum* Rex, & Imperator poſtea, Friderico Imperatore patre viuente.
Iohannes Portugaliæ *Rex.*
Iohannes *Danorum Rex.*
Philippus Caſtellæ *Rex,* Auſtriæ Archidux, Maximiliani Imperatoris filius.
Alfonſus Dux Calabriæ & Neapolis, Siciliæ & Hieroſolomæ Rex.

Arthurus Walliæ Princeps Regis primogenitus.
Henricus Eboracenſis Dux & Princeps Walliæ mortuo Arthuro fratre; idemque Rex poſtea.
Vbaldus Montisferati Comes et Vrbini Dux atque Peſſerani.
Edwardus Stafford *Buckinghamiæ* Dux.

Thomas Grey *Dorceſtriæ* Marchio.

Iohannes Vere Oxoniæ Comes.
Henricus Percy Northumbriæ Comes.
Georgius Talbot Salopiæ Comes.
Henricus Bourchier Eſſexiæ Comes.
Ricardus Grey Comes Cantij.
Edwardus Courtney Comes *Deuoniæ*.
Henricus Baro Staffordiæ, poſtea Comes Wiltoniæ.
Edmundus de la Poole Comes Suffolciæ.
Carolus Sommerſettenſis Bannerettus Miles poſtea creatus in Comitem Vigorniæ.
Gerardus Fitzgerald Comes Kildariæ.

Iohannes Welles Vicecomes Welles.

Georgius Stanley Baro Strange.
Gulielmus Stanley Camerarius Regius.
Iohannes Baro Dynham.
Robertus Willoughby *Baro Brooke* regis *Hoſpitij* Seneſcallus.
Egidius D'Aubeny.

Edwardus Poyninges Miles.
Edwardus Wideuill Miles.
Gilbertus Talbot Miles.
Iohannes Cheyney Miles.
Ricardus Guilford Miles.
Thomas Louell Miles.
Thomas Brandon Miles.
Regnaldus Bray Miles.
Rheſus filius Thomę Miles Cambro-Britannus.
Iohannes *Sauage* Miles.
Ricardus Poole Miles.

HENRI-

HENRICVS *eius nominis* Octauus Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ *Rex*, Garteriani *ordinis* Supremus, *Hos Periſcelidis ordinis in morientium militum ſedibus atque locis vacuis, inſignitèr elegit et aſcripſit.*

Carolus eius nominis Quintus Imperator, Hiſpaniarum *Rex*.

Ferdinandus *Romanorum* Rex, idem Hungariæ & Bohemiæ, Caroli Imp. frater.

Franciſcus eius nominis primus Francorum Rex.

Emanuel Portugalliæ Rex.

Iacobus eius nominis Quintus Scotorum *Rex*.

Henricus filius Regis aliâs Fitz-*Roy Richemondiæ* & Sommerſetti Dux.

Iulianus de Medicis Leonis decimi *Romani* Pontificis frater.

Edwardus Seymor Hertfordiæ Comes, poſtea Somerſetti Dux.

Thomas Howard Comes *Surreyæ*, & demũ Norffolciæ Dux.

Carolus Brandon Archippocomus regius, fuit poſtea *Suffolciæ* Dux.

Iohannes *Sutton* aliâs Dudley Vicecomes L'iſle qui poſtea fuit Comes Warwici et tandem Northumbriæ Dux.

Annas Montiſmorencij Dux.

Henricus Courtney Comes Deuoniæ qui poſtea fuit Marchio Exoniæ.

Gulielmus

Gulielmus Parre de Kendall qui poſtea fuit Comes Eſſexiæ & demum Marchio Northamptoniæ.

Gulielmus Paulet *B*aro S. Iohn de Baſing qui poſtea creabatur in Comitem Wiltoniæ & demum Marchio ſit Wintoniæ.

Henricus Comes Surreyæ Thomæ Norfolciæ *D*ucis filius.

Thomas *B*ullenus Theſaurarius hoſpitij, poſtea ſit Vicecomes Rochfortis et demũ Wiltoniæ & Ormondiæ Comes.

Gulielmus Fitz-Alanus Arondelliæ Comes.

Henricus Fitz-Alanus Gulielmi filius Arondelliç Comes.

Iohannes Vere Oxoniæ Comes.

Henricus Percy Northumbriæ Comes.

Radulphus Neuill Weſtmorlandiæ Comes.

Franciſcus Talbot Salopiæ Comes.

Phillippus de Chabot Comes de Newblanch, Franciæ Admirallius.

Thomas *M*annors Baro Roos, qui poſtea Comes Rutlandiæ.

Robertus Ratcliff, Vicecomes Fitz-walter qui poſtea fuit Comes Suſſexiæ.

Henricus Clifford Cumbriæ Comes.

Gulielmus Fitz-Williams Theſaurarius Hoſpitij Regis & poſtea Comes ſit Southamptoniæ.

Thomas Baro Cromwell, qui poſtea fuit Eſſexiç Comes.

Iohannes Baro Ruſſell qui poſtea fit Bedfordiæ Comes.

Thomas Baro Wriotheſley qui poſtea creabatur Southamp-

Southampton Comes.

Arthurus Plantagenet Edw. III. Regis Nothus Insulæ Vicecomes.

Gualterus Deuereux Baro Ferrers de Chartley & postea fit Vicecomes Hereford.

Edwardus Howard Admirallius Angliæ, qui in *Britania* Armorica occubuit.

Georgius Neuill Baro de Abergeuenny.

Thomas Weſt *Baro* de la Ware.

Thomas Baro Dacres de Gilleſland.

Thomas Baro Darcy *Septentrionalis.*

Edwardus Sutton Baro Dudley.

Gulielmus Blount Baro Montioy.

Edwardus *Stanley Baro Monteagle.*

Gulielmus Baro *Sandes.*

Henricus Baro Marney.

Thomas *Baro* Audeley de Walden Angliæ Cancellarius.

Iohannes Gage Miles regij Hoſpitij Cenſor.

Henricus Guildford Miles Hippocomus regius & poſtea fuit hoſpitij Cenſor.

Nicholaus Carew Miles Hippocomus regius.

Anthonius Browne *Hippocomus Regius* Miles.

Thomas Cheyney Miles, Gardianus quinque portuum Regni.

Ricardus Wingfelde Miles, Ducatus Lancaſtrenſis Cancellarius.

Antho-

Anthonius Wingfelde Miles Vicecamerarius regius, Satellitum præfectus, & postea hospitij Censor.
Anthonius Saint-Leger Miles Hiberniæ Prorex.
Iohannes Wallop Miles Guinarum Capitaneus.

EDVVARDVS eius nominis Sextus *Angliæ, Franciæ, et Hiberniæ* Rex, *Garteriani* ordinis *Supremus* hos sibi Commilitones associauit, & in mortuorum Militum loca surrogauit.

Henricus eius nominis secundus Francorum Rex.

Henricus Grey Marchio Dorset, postea fit Dux Suffolciæ.

Henricus Ncuill Westmorlandiæ Comes.
Edwardus Stanley Derbiæ Comes.
Franciscus Hastings Huntingdoniæ Comes.
Gulielmus Herbertus Penbrochiæ Comes.

Thomas Baro Seymour de Sudely.
Thomas West Baro de la Ware.
Georgius Brooke Baro de Cobham.
Edwardus Baro Clinton Admirallius Angliæ qui & postea fuit Lincolniæ creatus Comes.
Gulielmus Baro Paget de Beaudesert.
Thomas Baro Darcy de Chiche.

Andreas Sutton, aliâs Dudley Miles.

Maria

MARIA Angliæ, Franciæ & Hiberniæ, *Regina atque ordinis* Garteriani Suprema, *Hos ſuo tempore, pro more, militum morientium vacantes ſedes atque loca his ſubſequentibus repleuit.*

Philippus Hiſpaniarum Rex Reginæ Maritus.

Emanuel Philibertus Sabaudiæ *Dux.*
Henricus Radcliff Henrici filius Suſſexiæ Comes.
Anthonius *Browne* Vicecomes *Montis-acuti.*
Gulielmus Baro Howard de Effingham.
Gulielmus Baro Grey de Wilton.
Edwardus *Haſtings* Miles Hippocomus regius, poſtea fit Baro *Haſtings* de Loughborow & Camerarius Reginæ.
Robertus Rocheſter Miles, ante inſtallationem mortuus.

ELIZABETHA *Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ* Regina, inclytiſsimi ordinis *Garteriani Suprema* hos in eundem ordinem cooptauit.

Maximilianus Bohemiæ & *Hungariæ* Rex & Imperator 1568.
Carolus eius nominis nonus Francorum *Rex* 1564.
Henricus eius nominis tertius Francorum Rex 1584.
Fridericus *Danorum* Rex 1582.

Adolphus *Holsatiæ Dux* 1560.
Iohannes Casimiris Comes Palatinus Rheni Dux *Bauariæ* 1579.
Franciscus Montismorencij Dux 1572.
Thomas Howard Norffolciæ Dux 1559.
Fredericus *Dux* Wirtenbergæ 1597. inuestitus regnante Iacobo 1604.
Gulielmus Parre *Marchio* Northamptonensis. 1559.

Thomas Percy Northumbrię Comes 1563.
Georgius Talbot Salopiæ Comes 1561.
Henricus Stanley Derbiæ Comes 1574.
Gulielmus *Sommerset* Wigorniæ Comes 1570.
Henricus *Mannors* Rutlandiæ Comes 1559.
Henricus Hastings Huntingdoniæ Comes 1570.
Ambrosius Sutton, aliâs *Dudley* Warwici Comes 1563.
Franciscus *Russell* Bedfordiæ Comes 1564.
Henricus Herbert Penbrochiæ Comes 1574.
Robertus Sutton aliâs *Dudley* Leicestriæ Comes. 1559.
Gualterus Deuereux *Essexiæ* Comes 1572.
Edwardus Manners Rutlandiæ Comes 1584.
Henricus *Ratcliff Sussexiæ* Comes 1586.
Robertus Deuereux Comes Essexiæ 1588.
Gilbertus Talbot *Salopiæ* Comes 1592.
Georgius Clifford Comberlandiæ Comes 1592.
Henricus Percy Comes Northumbriæ 1593.
Edwardus Somerset Comes Wigorniæ 1593.
Robertus *Ratcliff* Comes Sussexiæ 1599.
Gulielmus *Stanley* Comes *Derbiæ*. 1601.

Arthurus Baro Grey de VVilton 1572.
Carolus *Baro Howard* de Effingham Admirallius Angliæ

gliæ. 1575.
Edmondus *Burges Baro* Chandos 1572.
Henricus Cary *Baro* de *Hunſdon* 1561.
Gulielmus Cecil *Baro* de *Burghley* 1572.
Gulielmus Brooke Baro de Cobham. 1584.
Henricus Baro Scroope de *Bolton* 1584.
Thomas Sackuill Baro de *Buckhurſt*, poſtea Comes Dorceſtriæ
Thomas *Baro* de Burghe 1593.
Edmundus *Baro* Sheffeild 1593.
Thomas *Howard* Baro *Howard* de Walden 1597. poſtea Comes Suffolciæ.
Georgius Gary Baro de *Hunſdon* Reginæ Camerarius 1597.
Carolus Blount *Baro* Montioy 1597. poſtea Comes *Deuoniæ*.
Henricus Brooke *Baro* Cobham 1599.
Thomas Cecil Baro de Burghley 1601.
Henricus Sidney Eques auratus, Concilij in Marchijs Walliæ Præſidens. 1588.
Chriſtophorus *Hatton* Eques auratus Angliæ Cancellarius. 1588.
Franciſcus Knolles Eques auratus *Hoſpitij* regij Theſaurarius. 1593.
Henricus Lea Eques auratus Armamentarij Præfectus 1597.

Iacobus eius nominis primus, Magnæ *Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ* Rex, ordinis *Garteriani Supremus*, & qui ab eo in eundem ordinem adsciti.

Christiernus eius nominis Quartus Rex Daniæ.
Henricus primogenitus Iacobi R. Princeps Magnæ Britanniæ.
Lodouicus Dux Lenoxiæ.
Henricus Wriothesley Comes Southamptoniæ.
Ioannes Ereskin Comes Marriæ.
Gulielmus Herbert Comes Penbrochiæ.
} 1603.

Fredericus Dux Wirtenbergæ installatus 1604. electus 1597.

Vlricus Dux Holsatiæ.
Henricus Howard Comes Northamptoniæ.
} 1605.

Robertus Cecill Comes Salisburiæ.
} 1606.

Thomas Howard Vicecomes Bindon.
} 1606.

Georgius Hume Comes Dunbarij.
Philippus Herbert Comes Montis-Gomericj.
} 1608.

Commilitonum Garteriani Ordinis habitus, à fronte & à tergo.

Ornamentum tibiale (vulgo Garterus) gemmis & literis maiusculis aureis HONI SOIT QVI MAL Y PENSE. *decoratum; quamvis Ordinis sit Symbolum peculiare, vestibus cooperatum, ob oculos demonstrari nequivit.*

Operis Peroratio.

OBILITATEM Politicam, *Natiuam & Datiuam*, pro Gentium consuetudine, quantâ potui (pro Subiecti mole) breuitate iam tandem clausi. Quam, primò generatim prædicando, peculiari demum apud nos Nobilitatis & Heroüm creandorum Exemplo, vel si libet Archetypo illustraui. Si minore quam decuit, quamque argumenti dignitas postulat & magnificentia, Styli elegantiâ & splendore; rusticum illum imitatus culpam deprecabor, quem ob malè dolatam diui cuiusdam imaginem, Numini dicandam, pia excusabat simplicitas.

Iisdem planè auspicijs similique voto, me in istis pingendis primum primas (quod sciam) duxisse lineas profiteor. Vt scilicet politiorem alicuius manum ad opus iam delineatum, accuratiùs absoluendum tandem aliquando excitarem; aliorumque industrias fœliciores (Cotis instar) acuerem.

Si hinc subinde, à particularibus ad indiuidua, & (vt ita dicam) à Forma ad Formatum curiosiùs descendere cuiquam libuerit; Personas ipsas, earumque *Res* gestas, & fœdera cum Insignijs coniugalia quas vnquâ tulerit Britannicum hoc Imperium *Nominata Nobilitate* honorificas, fusiùs & affatim distinctis classibus per Catalogos, confecto VOLVMINE speramus tandem aliquando docere.

Opus sanè supra quàm cuiquam credibile (absit inuidia verbo) industriâ atq; fide plenum: proinde si publico beneficio in illis concinnandis pro virili consulue-

rim, τὸ ἀκριβὲς οὐκ ἐλεγχθήσεται. Neq; me ſtudij inſimulet affectati quiſpiam, quod Nobilitatem Politicam generatim prædicando, *Britannicæ* interea impenſius litauerim. Formam Formato accomodari oportuit. *Hoc* tamen mihi tacitè præponens, Ciuilem Nobilitatem ſuis ſibi vbique inſtitutis conſtantem, à Theologorum & Philoſophantium ideis, quodammodo vindicare, & alijs aliâs idem ſatagendi anſam præbere. Reliquum iam eſt, vt quam initio, in *Theologicam*, *Philoſophicam*, & *Politicam* diſtribuimus, ſuæcuiuſque Dignitatis excellentiam ſeorſim iam tandem oſtendamus: quo facta inter ſe eſſentiarum & naturarum collatione, Ciuilem hanc, quã noſtram dixerim, legitimam, ſolidam, & optima politia conſtitutam poſſem demonſtrare.

Boeth. *met. xj. lib.* 3.
Hæret profectò ſemen introrſum veri,
Quod excitatur ventilante doctrina;
Nam cur rogati ſponte recta cenſemus
Ni merſus alto viueret fomes corde?
Et,
Eſt Deus in nobis, agitante calescimus illo.

Cœlitùs nimirum ita comparatum eſt, vt in terris, ad humanæ vitæ cùm ornamentum tùm ſalutem, *Intelligentiæ Diuinæ* media quædam *Virtutis* ſeminaria foueri videamus. *Illa* (Intelligentia nempe diuina) Deum nobis (numinis afflatu) ſancta mente colendum primò docet: Hæc, (virtus) ex genuina, inſitaque hominum ingenijs honeſtate, *Ingenuitatem*, ad omnes *Datiuæ* Nobilitatis gradus (diuerſa quamuis tramite) fores aperientem parit. Ex ingenuis fiunt *Eugenia*, *Eugenes*; quæ vtique *Natiuæ* Nobilitatis originem in vnoquoque deſignat, & cum *Ingenuitate* ad *Ciuilem* formandam, ſubiecta principibus ſuppedita uit.

Prima, Theologis religioſè, *Secunda* Philoſophis ethicè tractata, plurima differendi materiam præbuit: pietate (agnatione diuinâ) immortalem mortalibus, nec vnquam ſenio conficiendam Nobilitatẽ ſpondentes. At *Tertia* hæc de qua diximus, politicè conſtituta, ab ipſo Deo Regum & ſummorum Magiſtratuum fidei quaſi commiſſa, Principum ingenia, indulgentias atque ſtudia ſequitur, & Gentium conſuetudines reſpicit, vnde tanti

tanti vbiuis Dignitatum gradus, atque tituli, Nomina varia, hominumq; inter se distinctiones emanârũt. Qui primò sactis tantùm gentilitijs quasi initiati, in summos tandem *Heroas* euasêrunt; quos itidem ab humili ad summum perductos (fatis quasi perfunctis) vicissitudine vergere, atque (vt ita dicam) palingenesiâ quâdam interire, atque iterum emergere videmus.

Ista iam, quantumuis isto modo distinctione trifariâ demonstrari possint; non propterea legibus vsque adeo gaudent diuersis, vt inter se necessitudinem non admittant, & in vno cohærere nequeant.

Prima namque illa plane cælestis est, nec vlla mundana vanitate contaminari patitur, Deumque solum authorem agnoscens insequitur. Cuius tum demùm perfectionis gloriâ cum ornamentis induemur, quùm coram Christo Rege, pro Maiestate sedente, in cælis sistemur. *Hæc* autem est summa illa Nobilitas, summumque bonum, cuius qui compos esse desiderat, in Religione Christiana sola fide Euangelicâ nixâ, fundamenta jaceat oportet. Sine qua, nec ipsa virtus Philosophorum quicquam valebit, siquidem, quæ finem tantummodo ad summum istud bonum prçceptis docens, assequitur per se nunquam.

In terris tamen qui diuinam interea mentis aciem illuminatam habent, finem hunc cernentes, actiones vitæ eò referunt omnes, vt prudentèr, animoque cõstanti Iustitiam insectantes, Honestum sibi vbiuis proponant & Reipub. commodum; Isti, virtute conspicui, *Ingenua* illa Nobilitate celebres fiunt, Quam tantis encomijs studijsq; enehere, & diuinam reddere conspirant Philosophi.

Quæ etiam iam tandem mundo conspicua, quamprimùm Principibus in gratiam venerit (qui cum ipso *Deo* orbis regendi potestatem habent quasi communem)

Nobilitas eſt qualitas aut dignitas à Principatu illata quæ quis vltra plebeios Honeſtus acceptus oſtenditur. Barthol.

nem) Dignitatum titulis inſignita, *Ciuilis* & *Politica* fit, & per familias hæreditaria, *Datiue* & *Natiue* diſtincta & inſtitutis peculiaribus vbiuis conſtituta. Atque hinc eſt quod toties viſum admiramur, vt cum Honeſtas ipſa omnis, vel eminentioris Nobilitatis dicatur origo & faſtigium omniſque Honeſti inueſtigandi ratio à virtute petatur; qui ſuâ (non leui aut ementita) virtute aditum ad ſummam generis tum primum illuſtrati claritatem aperuerit, principiumque Nobilitati ſuæ dederit: antiquioris notæ Nobilibus ſolâ *Eugenia* glorioſis, honoratior habeatur, quamuis nondum perinde generoſus, virtus enim per ſe magnifica, primò *Dignitate* redimita gentem ſuam ſubinde generoſam efficit & NOBILITATE illuſtrat.

Quod ipſum *Græci* notis vocabulis Εὐγένεια & γενναῖον aptiùs & ſcitè admodum diſtinguunt: Hoc ad animi præſtantiam; illam ad familiæ celebritatem referentes.

Hæc itaque eſt illa tandem cæleſtis Ethica & ciuilis Nobilitas initio propoſita. Quam, nobis dum delineare inſudauerint cum Philoſophis Theologi; ideas hic tantùm proferentes, in cælis abſolutam expectandam reliquerunt. Quùm autem intereà, ob egregiè in Religione vel repub. promouenda nauatam operam, in terris etiam varia prò meritis *Dignitate* ornata, ab ipſis Regibus foueatur, & ad res gerendas ſummis ſedibus ſolijs annexis conſpicienda collocetur. Cuius in tractatu iſto Typum (quantum ferant res humanæ) delineaui perfectiſsimum, Nobilitatem ſcilicet *Britannico* imperio ſubiectam, In eâque præ cæteris & inſtar omnium, Equeſtrem ſocietatem noſtram à *Garterij* Symbolo illuſtriſsimam. Quâ ſanè nihil aut homine Chriſtiano dignius, aut heroica virtute excellentius, vel politicâ prudentia firmius excogitari viſum

visum est vspiam. Quùm enim omnes pene orbis terrarum ordines militares, iam diu aut neglecti fatiscant aut planè obsoleuerint: hic noster per se, solida Nobilitate insignis & magnificus, rediuiuo quodam splendore virescens, maiori quotannis admiratione intuentes dimittit, quàm vt vlla orationis vbertate mea demonstrare queam.

Ista si cum ratione prædicauerim, vti veritatem referre res ipsa indicat; Quàm, sibi suisque Reges & Monarchæ aliâs malè consulunt, atque authoritati regali detrahunt, quùm quod Ipsis tantùm proprium sit (Ciuium nimirum virtutum arbitros & Dignitatum Moderatores esse) hoc ipsum feudis, Locis, Domicilijs, Terris, Rebusque fluxis & sensu carentibus deferri patiantur? Quæ neque per se Religionem infundere, vel infusam augere, neque Nobilitate, nedum probitate plebeios possessores beare queant. *Nam ornanda potius est Dignitate Domus, quam ex Domo dignitas quærenda, neque a Domo Dominus, sed a Domino Domus est honestanda.*

Luc. de Penna 1. l. cũ neque C. de incolis lib. 10.

Nobile feudum dicitur, quod Nobili infeudatum est à Principe, secus si alteri, quoniam Nobilitas ictu oculi non nascitur secundum Baldum *in præl. feud. Nam si Rusticus emat Feudũ Nobile, non ex hoc fit Nobilis. Res enim Personæ sumit conditionem & honorem non è contra.*

Quodsi, iam opere hoc pro virili absoluto, instituti mei ratio reddenda foret, verbo dixerim, Patriæ primum, honoris ptopagandi studium, quę omnium omnia suo iure officia vindicat & complectitur.

Regum deinde & Nobilium nostrorum memorias, perpetuo celebrandi desiderium: Et Auunculi charissimi cum viuentis, tum demortui, Nomen, à silentij iniuria, vindicandi genuinus amor, ista vt susceperim cõpulêrunt. In illis itaque *Britanniæ* nostræ fœlicitatem congratulans, eamque nunc *Iacobo* nostro potentissimo perpetuæ fœlicitate beatam exoptans, Deo opt. max. et Posteritati sacros dedico. Atq; iam tandem perfunctis votis Auunculum ipsum apud Elysios agentem, poetica quadam libertate fretus, paucis in hæc verba libet vltimò affari.

Quod

Quod tua prima fides visa est tentasse, nec vltra
In Patriæ complere decus fera Fata sinebant:
Ecce opus exegi, nostrorum pignus amorum,
Quod neq́; liuor edax queat aut abolere vetustas.
Quamuis illa dies quæ iam tibi corporis vmbram
Abstulit, incerti spatium mihi differat æui:
Parte tamen meliore tui, super alta perennis
Astra fruar.
Quaq́; patet domitis Britanna *potentia terris*
Docta per ora virum, perq́; omnia sæcula viues:
Si quid habet grati generosa propago virorum.

Tho. Milles.

Errata Typographi sic corrigenda.

Pag,29. li.18. Lege Principes. p. 32. li. 6. lege ad Nobilitatis. Ibid. li. vlt. lege videamus. Pa.34. li.13. lege Contestabile. pa.40. li.16. lege Maiestas. pa.41. l. 13. lege significantius. Ib. l.17. Comes, limitis. p.42. l. 18. lege Et, foy de gentilhomme. ib. l.24. lege quia pa.44 li.26. lege Satrapa. p.46. l.9. lege Maiestate. p.50. l.1. dele patres. Ib. l.10. Domini scilicet. p.52 l.30. lege loca. p.54. l.7. Baroniæ. Ib. l.21. addt viis. die Maij. p. 60 l.1 le. admittuntur. pa.68. l.10. lege manu magnum. p.69. l.14. le. quilibet. p.83. l.7. lege munificum ib. l.14. lege possumus. p.85. l.15 lege Marchio Exon, p.94. l. 1. delendus est in: pa.111. l.5. lege Regumque. p.124 l.4. lege sacci, & eadem li. post iacent adde c. ibid. l.23. lege eligerent. ib, l.24. lege significarent. p.125, l.11. lege insequente. p.126, l.3. lege Subditos. Ibidem l.6. lege prospicerent. pa.133 li.33. lege videntur. pa. 137. l. penult. lege Regi. pag.138. li.1. pa.140. l.9. lege reliquit. pa.141. l. 18. & in margine ligas. Rogati. pa.142. l. 22. lege vt pa. 146. l.3. lege habuerit. ibid. l.8. lege numerentur. pag.151 l.18. lege Comestabularius. pa. 186 li.17. post quædam adde, &. Ibid. li.4. lege proponens. Ibid. l,22, lege diuerso. ibid li,29, post pietate inseras, & probitate. pa,189, li,31, lege perpetua fæiicitate.*

Edwardus Comes Lincolniæ. Admirallus ægrotabat.
Robertus Comes Suſſexiæ. Abfuit quia infra ætatem
Robertus Comes Leyceſtriæ. Alibi quia Seneſcallus Hoſpitij regij pro hac vice.
Edwardus Comes Hertfordiæ.
Henricus Comes Penbrochiæ.
Franciſcus Comes Bedfordiæ.
Henricus Comes Southamtoniæ.
Ambroſius Comes Warwici.
Gulielmus Comes Bathoniæ.
Henricus Comes Huntingdoniæ. Abfuit quia Præſes *Eboracenſis*.
Henricus Comes Suſſexiæ.
Georgius Comes Cumberlandiæ.
Edwardus Comes Rutlandiæ.
Gulielmus Comes VVigorniæ. Abſentis Mariſcalli Vicem
Henricus Comes Derbiæ. ſupplevit.
Henricus Comes Cantij. Alibi portavit Enſem.
Georgius Comes Salopiæ. Æger abfuit.
Henricus Comes Northumberlandiæ. In Turri *Londinienſi* captivus.
Edwardus Comes Oxoniæ. Alibi quia ſummus *Angliæ* Camerarius.
Philippus Comes Arondelliæ. Heraldus ſive Rex Armorum.
Gulielmus Marchio VVintonienſis. Alibi, Pilcum regalem geſtabat.

Ducibus hic competebant loca. Quorum omnium veſtitus Parlamentaris (notatu dignum) nihil à *Baronibus* differebat, niſi quòd triplicatis aut quadruplicatis fimbrijs humeralibus. *Duces* namque, *Marchiones*, & *Comites*, omnes in Creationibus, veſtibus è veluto holoſericis & biſſinis quamuis induantur (quæ *Honorariæ* dicuntur) in Parlamentis tamen, ijſdem cum *Baronibus*

ex

ex panno confectis coccineo vtuntur, adhibitis fimbriatim ad humeros ex pelle albâ differentijs, quia ibidem omnes *Baroniarum* ratione considunt, & pro dignitate loca capessunt.

Cancellarius *Angliæ Thomas* Bromley Eques auratus vnà cum summo Thesaurario *Gulielmo Cecill Barone* de *Burgbley* coëquitabant. Cancellario autem magnum *Angliæ* sigillum â pedite vnico, præferebatur, Ipse togâ ex veluto nigro & pellibus Zibellinis duplicatâ indutus erat.

Archiepiscopus item *Cantuariensis*, *Iohannes VVhitgift*, cum *Archiepiscopo Eboracensi* (*Edwino Sandes*) proximè sunt secuti.

Clarentieux Armorum Rex.

Seruientes ad arma duo, cum sceptris argenteis deauratis (quæ **Maces** dicimus.)

Atrienses duo siue Anteambulones.

Seruientes ad Arma item duo alij, Sceptra gestantes.

Gartierus Armorum Rex primarius paludamento superindutus Atriensem primarium ad dextram habens.

Cappam vel *Pileum* regium gestabat Marchio *VVintoniæ* ad cuius sinistram, virgam Marescalciæ *Angliæ* tulit *VVigorniæ* Comes, vice *Georgij Comitis Salopiæ* tunc *Comitis Marescalli*, qui in Camera Parlamentari aderat, quamuis hîc quod podagrâ laboraret, non interfuit.

Gladium postea gestauit *Cantij* Comes cuius latus dextrum *Comes Oxoniæ* clausit, magnus tum *Angliæ Camerarius*, sinistrũ vero Comes *Leycestriæ* Regij Hospitij Oeconomus, vel *Senescallus*.

IPSA REGIA MAIESTAS Sellâ, vti diximus gestata. Trabea coccinea Erminis pellibus ornata, vestis autem interior ex veluto item coccineo astrictior erat : pellibus ijsdem ad manus replicata.

Reginam quatuor stabuli Curatores (*Gallice* Esquiries) & qui à pedibus, bracticis vestimentis erant circumfusi ; Et exteriùs, Nobiles stipendiarij cum securibus *Polonicis* longo ordine pedites constipabant.

Subsecutus est Comes *Derbiæ* summus *Hippocomus* (vice *Lecestriæ* Comitis qui hoc tempore *Oeconomum* egit) equum honorarium ducens, cui sinistrâ, adequitauit *Carolus Howard* Baro de *Effingham* regij Hospitij *Camerarius* : vterque trabeâ vestitus.

Hos etiam secuti sunt *Subcamerarius Christophorus Hatton* Eques auratus, Heroinæ, Dominæ, Nobilesque aulicæ quamplures.

Hoc ordine & Pompâ regiâ, Regina ad australem S. *Petri VVestmonasterien sis* Ecclesiæ portam processit, vbi *Episcopus Sarisburiensis* regius Eleemosynarius, & eius Ecclesiæ Decanus, *D Goodmannus* cũ *Prebendarijs* totoque Choro in Capis IPSAM excepêrunt. Extra Porticum appositum fuit scamnum tapetis & puluinaribus instructum ad quod flexis genibus Regina Sceptrum aureum S. *Edwardi* à Decano accepit. Quod in in puluino ante se posuit, libelloque à Decano sumpto tacitè precabatur. Postea templum sub Conopeo magnifico pãni argentati ingressa est, quod Equites sex aurati

rati sustulerunt. Syrma sustinebant *Marchionissa Northamtoniæ & Oxoniæ* Comitissa, supportante quidem *Barone Howardo de Effingham Camerario*; ex alterâ parte incedente, sed minime supportante *Christofero Hattone* Subcamerario. Cum autem Trabeæ regiæ ex ostro & pellibus Ermininis majoris essent ponderis, vtrinque ab humeris subleuârunt *Comes Arundelliæ* ad dextram & ad sinistram *Penbrochiæ Comes*.

Choristæ vniuersi psalmos præcinentes Dominos *Cancellarium* & *Thesaurarium* Regni prȩcedebant. Cum iam ad Secessum regium seu velarium (vulgo **Trauers**) ad dextram Chori partẽ prope mensam eucharisticam paratum, venisset Regina; Proceres loca sibi in Scamnis infra secessum cepêrunt: Episcopi autem infra Suggestum, ad partem Borealem consedêrunt.

Archiepiscopus *Cantuariensis*, post Psalmum, concionem habuit. Gladius interim & pileus honorarius prætendebantur.

Concione cum psalmo finitâ, pedibus progrediebatur sub Conopȩo ad australem templi portam sceptrum *Edwardo* Regi Confessori sacrum manuferendo. Quo loco, Decano ipsum à quo priùs acceperat, reddidit reponendum.

Notandum ferò quod dum Regia Maiestas in templo tem sacram auscultaret, *Lanestriæ* (Aulæ Regiæ eâ vice *Senescallus*) ad Cameram Parlamentarem inferiorem se contulerat, vt responsis rescriptorum (*Returnus Breuium* vocant legistæ) Militibus Prouinciarum & Burgensibus accersendis antea emissorum interesset, & Reginam obuiam habuit ad Cameram Parlamentarem venientem.

Regina prius in Cameram sibi priuatam se recipit, vbi paululum requiescens, Proceres interea in summo Senaculo sedibus se composuerunt. Tandem & ipsa prodijt

dijt Regina Gladio, Cappa & virga *Mareſcallatus Angliæ* prægeſtatis cæteriſque officiarijs præcedentibus Thronum Regium conſcendit, Proceres regni circumſedent. In medio Cameræ ſacri maiores iacent rubeo panno lana oppleti, in ſuperiori ſedet Cancellarius; in illis ad latera Magiſter Rotulorum, Secretarij Regij, Indices Regni *Barones* Scaccarij & tam Ciuilis, quàm Municipalis iuris quidam periti; in inferiori Clericus Parlamẽti cum Clerico Coronæ, quorum à tergo amanuenſes genibus innixi ſcribunt.

Quando Regina ſe ſolo compoſuiſſet & qui Cameram Parlamenti inferiorem conſtituunt Milites ſcilicet Prouinciarum & Burgenſes Ciuitatum intromiſsi fuiſſent. Cancellarium dextrâ ſibi adſtantem iuſsit orationem habere. Ille ad Proceres reliquoſque conuerſus regiæ Maieſtatis nomine explicauit Comitia tunc tribus de cauſis haberi, ſcilicet, ad Diuini numinis gloriam, veræque religionis propagationem, ad Regiæ Maieſtis ſalutem conſeruandam, & ad Reip. conſulendum. Quod poſteaquam clara voce & diſertè admodum exégiſſet, ad Milites & Burgenſes inferius turmatim aſtantes ſermonem conuertens, vti Prolocutorem ſibi eligeret, electumque Dominis qui à Concilijs ſanctioribus erat ſignificaret, à quibus de electo poſteà præſentando quid regiæ Maieſtati viſum, fuerit reſponſum expectarent admonuit.

Quùm peroraſſet Cancellarius, Parlamenti Actuarius aſſurgens *Gallice* & voce ſonorâ Nomina eorum promulgauit qui rebus rebus gerendis, tam *Angliæ*, *Franciæ*, *Scotiæ*, & *Hiberniæ*, regnorum quam *Normanniæ* et *Aquitanniæ* Ducatum, partiumq; traſmarinarum atq; inſularum petitiones delegati, exáudiendi et examinandi infra dies quoſdam conſtitutos facultatem habuerunt.

Qui-

Quibus peractis *Cancellarius* Conuentum prorogauit, Reginaque throno descendens & in cubiculum priuatum se recipiens trabeas exuit, quod cum *Barones* item fecissent, eam (*Gladio, Cappa honoraria*, & *Marischallatus Virga* prælatis) ordine ad nauiculam regiam concomitati sunt, qua illinc secundo flumine ad Palatium suum (*Alba aula* dictum) reuecta fuit, per quod in viuarium transiuit, vbi equum generosissimum conscendens famulantibus Proceribus, Magnatibus, honoratissimisque viris atque fœminis, in Regiam Sancti *Iacobi* vndè priùs venerat, auspicatò rediit.

Die Iouis insequente, ad *Prolocutoris* præsentandum destinato, Serenissima Regina ad horam tertiã pomeridianam à Regio suo Sancti *Iacobi* ad *Albæ aulæ* palatium per viuarium & indè flumine, Cameram *Westminsterij* Parlamentariam venit. Cum vero *Trabeas* in cubiculo induisset, ad Thronum processit. *Gladius*, Cappa atque *Virga Marischallatus* de more prælatis, *Domino Camerario* ad dextram *Gladij*, ad sinistram *Domino Senescallo*, cum *Domino Thesaurario*, *Custode*, *Armigeris & Seruientibus ad arma* præeuntibus. Cum tandem Proceres consedissent, Ipsaque se solio composuisset, extra *Cancellos* ad dextram *Cancellarius*, ad sinistram verò summus *Angliæ Thesaurarius* Reginæ adstiterunt.

Tum demum admissi *Milites Prouinciarum*, & *Ciuitatum Burgenses* electum *Prolocutorem* (*Iohannem* scilicet *Puckering*) Iurisperitissimum inducunt.

Hic vero ad repagulum, ter genibus quamdemisse flexis se imparem tanto oneri contendit, et iterum atque iterum petit vti alium ad proloquendum eligeret. Regina vero per *Cancellarium* respondit, electionem sibi admodum placere, ratamque habere significat.

Quo facto, *Prolocutor* ad aliam orationem se componit, qua sigillatim quanta in Remp. beneficia ex Regiæ

Maiestatis administratione prudentissima recenset; singulares virtutes & genuinam planeque maternam in suditos curam exponit, imprimis autem quod Regni ordines ad res grauissimas tunc ibidem tractandas cõuocârit: Episcopos vti rebus Ecclesiasticis, Proceres reliquosque vt Reip. Commodis prospiceret seriò admonens. In orationis Epilogo vt iura & Cameræ inferioris *Burgensium* priuilegia antiqua, liberi scilicet eloquij, & ab arestis immunitatis, tàm ipsorum quâm famulorum durantibus *Comitijs* illæsa conseruentur, quã humillimè precatur. Et si quâ in re minùs intellectâ offenderent, ad Regiam Maiestatẽ tàm sibi quàm reliquis accedendi veniam petiuit.

Finitâ tandem Oratione, *Cancellarius* à Reginâ iussus & in quibusdam instructus, *Prolocutoris* Orationem sũmoperè laudauit: veniam, quam petierat, Reginæ nomine concessit.

Quibus sic vtrinque expeditis, Regina surrexit, & in Cubiculum priuatum se recepit, *Trabeat* exuit, & Proceribus concomitata descendit. Sellam denique Curulem plane Regalem ad Occidentalem Domus partem ascendit, et magno inde Heroũm et Heroinarum Comitatu (*Cantij Comite* gladium præferente) ad Regium suum *S. Iacobi* vnde prius profecta, accensis facibus per viuarium reuersa est.

Ratio sedendi in Camera Parlamentaria hac tabella oculis subijcitur.





Redintegratam Nobilitatem restaurandi Ratio.

NOBILIVM creandorum cum ritibus per *Diplomata* & Reſcriptâ ſummonitoria formas, anteà deſcripſcripſimus. Hîc tandem Dignitatum redhibendarum morem ſubnectere viſum eſt. Qui autem Titulis honorarijs, ſuâ vel alienâ culpâ exauthorati ſunt, ad eoſdē petitione plenis Regni Comitijs, Regibus exhibitâ reſtitui ſolent, quam ego redintegratæ vel inſtauratæ Nobilitatis Confirmationem dixerim. Cuius exemplum occurrit *Margaretæ Georgij Clarentiæ Ducis* filiæ anno V. *Henrici* VIII. Parlamento poſtulatum (vt alia omittamus) quo, ad ſtilum, ſtatum, nomen, titulum, honorem et dignitatem Comitiſſę *Sarisburiæ* vnde *Edw.* frater *Comes* reatu exciderat reſtituitur. Petitio longior quam vt hîc inſeri neceſſum, *Anglice* in *Archiuis* extat & hiſce verbis clauditur.

Qua quidem Petitione lectâ & ad plenum intellecta, atque aſſentitâ, per dictum Dominum

num Regem ex auisamento & assensu Dominorum Spiritualium & temporalium & Communitatis in prædicto Parlamento existentium, necnon authoritate eiusdem Parlamenti, eidem petitioni taliter est responsum.

Soit faict come il est desire.

Consuetudines.

SERVI Nobilitatē Politicam, Principum ingenijs et Temporis vicissitudini subiectam, Gentium Consuetudinibus semper nitj.

Nobilitas politica est, qua Nobilis differt à Plebeio secundū quod accepimus apud nos, et in foro nostro. Cassaneus.

Primum enim, Dignitates quæ personalium Munerum nomina nuda extitêrunt; hæreditarias et successorias deuenisse tandem constat: Legibus tamen diuersis circumscriptas.

In *Germania* namque Fœminæ, quamuis titulo tenus Ducissæ, Comitissę, et Baronissę, è *Ducibus, Comitibus*, et *Baronibus* natæ dicantur pro more Imperij: ex lege tamen Beneficij Imperialis, ad masculos cum feudis descendunt Principatus, quibus deficientibus, ad *Cæsarem* reuertūtur. Quod quidem arguit *Carinthiæ* Ducatus amplissimus: nam *Errico Duce* vltimo sine sobole virili mortuo, ex legibus redijt Ducatus ad Imperium, quem postea *Alberto Austriæ Duci* contulit *Lodouicus Cæsar*.

1391.

Sigismundus item Cæsar rectâ lineâ *Saxonica* extinctâ Ducatum anno MCCCCXXIII. dedit *Marchionibus Misniæ*, et *Marchionatum Brandenburgensem Burgrauijs Noriburgensibus*, quorum successores nunc potiuntur.

Fabritius Cbēnicensis de rebus Misnicis.

In

In *Italia* hoc ipsum legimus, *VVenceslaus* enim *Augustus* anno MCCCXC. *Mediolanum Vicecomitatũ, Ducatus* titulo exornauit vt marium defectu Imperiale fieret cum dignitate patrimonium. Et auorum memoriâ quosdam à *Carolo* quinto Imperatore tam *Neapoli* quàm aliâs creatos legimus, cum eâ semper communi reuersionis lege vt quamprimùm vltimus è virili prosapiâ moreretur, Imperiales fierent dignitates. Hic tamen obiter meminisse oportet, quòd non omnia omni tempore pro suo iure *Cæsares* egerunt, sed quandoque nouâ pactione beneficiariâ ad filias (non extantibus masculis) dignitatum titulos descendere passi fuerint, rogati; iuris subtilitatem Prudentum interpretatione frangendo, habitâ semper vel Reip. aut alicuius concordiæ vel temporis ratione.

Choppinus *de Domanio* Galliæ..

In *Gallia Renatus Choppinus* de Domanio regio differens dignitates distinguit. Feudis enim regalibus annexas, militares omnes & masculinas, *Salica* lege asserit, nec vllâ ratione mero iure ad fœminas peruenire, quâuis masculi defecerint; nisi prius disertis verbis et indulgentiâ speciali aliter cautum fuerit, quod vidisse & legisse se ait. Interea priuatos Principatus fœminis non denegari affirmat, quod *Arminiaci Comitatus* exemplo Regi *Nauarro* muliebri iure deuoluti, aliisque plurimis illustrat.

De nostris etiam iam quædam scribenti & pauca admodùm percurrenti occurrit scriptum quoddam vetustissimum ex antiquis *Saxonum* legibus à *Gulielmo Lambardo* venerandæ antiquitatis admiratore & vindice acerrimo mihi suppeditatum. Quod quamuis & linguâ & Charactere *Saxonicum* merè sonet, quædam tamen *Danica*, & antiquas vel *Britonum* ipsorum vel *Saxonum*, sub *Danorum* imperio conuulsas leges sapere videtur.

Scriptũ autẽ *Saxonice* exaratum, *Anglice* ad verbum, *Latine* ad sensum traductum sic habet.

hit pes hpilum on Englalagum þ leod ⁊ lagum for

It was sometime in ye English Lawes, that the people e Lawes were

Tempus erat olim cum Anglicis *legibus & populo suum ubique*

begepincdum, And þa pæron leod pitan peordsciperpyr-

in reputation. And then were the wisest of the people worshippe

constabat honor. Qui ex populo prudentissimi erant, in honore

da, ælcbe hirmæde Eorl ⁊ Ceorl, Degn ⁊ Deoden ⁊

worthy, each in his degree. Eorle e Chorle, Theyn and Undertheyn

fuerũt, suo quisq; ordine. Comes et Colonus. Thaynus et Sub-thaynus.

{opulentus ignobilis.}

Nota. *In* Francia, Baro *non fuit nisi qui habuit* 4. Castellanias, *hospitale fundamentum, aut Ecclesiam collegiatam cum sigillo authentico: quẽ* Thayno *huic nostro similem dixeris.* Cassanęus.

And gif Ceorl geþeah þ he hefde fullice fif hidaage-

And if a Chorle so thrived that hee had fully flue hides of his

Quod si Colonus ita rem fecisset vt habuerit plenè quinq; hydas pro-

nerlande, Cirican ⁊ Cycenan, belhur ⁊ burhgat retl

owne land, a Church and a Kitchin, a Belhouse and a gate, a seate

priæ terræ, ædem sacrã, Coquinam, Campanile, & Portã, locum itẽ

⁊ rundernote on Cyngers healle, þonne þær he þannon-

and a seuerall office in the Kinges Hall, then was hee thence

& peculiare munus in Regia Aula, tunc erat deinceps pari

ford Degen righterþeorde ⁊ And gif Degn geþeah

forth the Theynes right worthy. And if a Theyne so thrived

cum Thayno dignitate. Si vero Thaynus ita prouectus erat

þ

þ he þenode Cynge ⁊ his ſadſteſne ſad on
that hee ſerued the King, and on his Meſſage or iourney rode in
vt Regi ſeruierit, & nuncius eius eſſet & equitauerit

his hiſede, gif he þonne heſde Degn de him fi-
his houſchold, if hee then had a Theyne that him fol-
in familiâ, ſi tunc etiam Thaynum ſibi famulantem ha-

ligde de to Cynges ud fan fif hida hafde ⁊ on
lowed, who to the Kinges expedition fiue hydes had, and in
buerit, qui ad Regiam expeditionem 5. hydas habuerit, eiuſq; in

Cynges ſetl his hlafoſd denode ⁊ dſiþa mid his
the Kinges Pallace his Lord ſerued and thrice with his
Regiâ aulâ Domino ſeruierit, terque eius

æſend gefoſa to Cynge he moſt ſiddan mid his
errand had gone to the King, hee might afterward with his
nuncius ad Regem venerit, hic deinceps datâ

foſade his hlafoſd aſþelian at iniſlican neddan;
fore oath his Lords part play at any neede
fidelitate Domini perſonam ſuſtinere poterat ſi opus fuiſſet.

And gif Degn gedeah þ he þeande to Eorle
And if a Theyne ſo thriued that he became an Earle
Quod ſi Thaynus ita euectus erat vt Comes euaſerit

þonne þæs he siðð an Eorle riht̄ersþeorðe And
then was hee thenceforth an Earles right worthy. And
pari erat deinceps Comite dignitate. Et

gif Marsere geðeah þ̄ he ferde þriðe ofer þid
if a Marchant so thrived, that he passed thrice ouer the wide
si Mercator ita rem fecisset, vt tèr vastum mare

Sæ be his agenum crafte, he þæs þonne siððan
Sea of his owne Craft: he was thencefoorth
suâ peritiâ traiecerit, pari tunc erat

Ðegne rigtersþeorðe; And gif leornes geðeah
the Theynes right worthy. And if a Scholler so thrived
cum Thayno dignitate. Quòd si Literarum studiosus ita in

þuf̄h lare þ̄ he had hefde ⁊ þenode Xpe,
through learning that hee had degree and serued Christe,
literis progressũ fecisset, vt ordines habuerit et Christo inseruierit,

he þæs þonne siððan mæðe ⁊ nuinde sþa micel-
he was thence foorth of dignity and peace so much
erat deinde venerandus & immunis quantùm

sepÿrðe sþa þærto gebÿrede, buton he for-
worthy as thereto belonged, vnlesse hee for-
ad locum eius spectabat, nisi ita exci-

þorhte

ponbre. I he per had nore norian ne morte;
fallen so that hes the ble of his degre ble us night
disset vt sue munere vtis non permisset.

Ista antiquitatis rudera, magna ab initio huius insulę Nobilitatis argumenta præ se ferunt, sed tempora mutantur & nos mutamur in illis. Vidimus enim è *Saxonico* sanguine oriundus *Edwardus* Rex et Cõfessor, è *Normannia* rediens, *Baronis* titulum introducens, *Thanii* ex eo tempore in desuetudinem abire cœpêrunt, adeo vt ne nominis quidem hodie amplius reminiscamur. Illud tandem *Baronatus* nomen tùm dignitate cùm potentiâ adeo præ cæteris magnificum esse incepit, vt *Anglię Baronagij* nomine, Proceres omnes comprehendi viderentur. *Duces* autem *Edwardo* III. rege quasi postliminio redintegrati, *Marchiones*, & *Vicecomites* noui penitùs à *Ricardo* II. & *Henrico* VI. Regibus introducti.

Reges nostri *Normanico* sanguine prognati Titulis honorarijs (quales Comitatus et *Baronatus* intelligo) cum ipsius Regni Diademate perpetuitatem hæreditariam et Successoriam (nullo sexus discrimine) permisêrunt: quod ipsum Exemplis antiquioris sæculi illustrandum duxi. In quibus tamen recensendis quò me feliciùs expediam, in ipso orationis limine de tribus apprimè animaduertendis lectores obiter prămonitos velim. 1. De Regum scilicet in Proceribus creandis nostrorum ingenijs. 2. De dignitatum per familias trãsferendarum consuetudine. 3. De temporis vi & rerum vicissitudine. Reges enim nostri (quibus soli per Regnum meri Imperij fascibus vtuntur) omnis apud nos Nobilitatis politicæ sunt causæ efficientes.

Consuetudine nostrâ Nominatæ Nobilitatis titulo hoc habent cum ipsâ Coronâ genuinum et commune,

Baronis nimen vnde et quando in Anglią venerit.

Nota.

In fine libelli de edicto Stephani 3. *Regis Poloniæ traditur de Genealogia Ducis Moscouię, vbi dicitur apud Moscouitas Nobiles vocari Baronos.*

Menander. Τέλη δέ, ἃ ἂν ἅπαντα κρατεῖ, ἢ χρὴ Νόμος ἢ τὰς Ἀναγκαίας, ἢ γὰρ τούτων ἔδησαν.

Tria sunt quæ cuncta moderantur. Lex scilicet, Consuetudo et Necessitas.

vt deficientibus masculis ad fœminas deuoluantur, nisi primis Diplomatibus, verbis diserte aliter cautum fuerit. Ita tamen vt et temporis semper habenda sit ratio, quod in rerum Formis vbiuis gentium prædominari solet.

Isto modo *Gulielmus* primus Rex & Conquestor deuicto *Haraldo* rerum potitus, Dignitates Commilitonibus suis atque alijs ad arbitrium impertiuit, quasdam nimirum ipsis feudis annexas, adeò et coniunctas, vt etiamnùm hodiè solâ locorum possessione videantur nobilitari possessores. (Vtpote *Episcopi* hodierni, vt olim Abbates & Priores aliquot ecclesiastici, qui Baroniarum Episcopatibus coniunctarum ratione, titulis & eminentijs *Baronum* in summis Regni *Comitijs* perfruntur.) Quasdam etiam vnà cum ipsis feudis dedit & permisit. Vt *Hugoni Lupo* affini suo & *Normanno*, *Cestriæ* Comitatum contulit. *Ad conquirendum & tenendum sibi & hæredibus adeo libere per gladium sicut ipse Rex tenuit Anglium per Coronam. Comitatu Richemondiæ*, *Alanum Rufum* nepotem suum *Britanniæ & Armoricæ* iam Comitem & hæredes suos adauxit, *Ita libere & honorifice vt eundem Edwinus Comes antea tenuerat.* Et *Arundelliæ Comitatum* quem *Haraldus* possederat, *Rogero Montgomerico* cum feudo largitus est. Priores, per fœminas (deficientibus masculis) in alias subinde transmigrârunt familias: posterior *Roberto Rogeri* filio perduelle, Comitatus ad *Henricum* primum Regem reuersus est, qui eundem *Adelizæ* Reginæ vxori in dotem dedit.

Qui subinde secuti sunt Reges, paricis dignitatis in feudo de se tenendas distribuêrunt, concessâ tantùm ad statum & honorem melius & honorificentius sustentandum tertiâ Comitatus placitorum (vt vocant) parte, quam *Tertium denarium* in Diplomatibus nominabant: Vt qui tertium Prouinciæ alicuius denarium percepe-

rit,

Stant. 153. A Euesque ou Abbe comment quilz ont le nom del Seignieur du Parliament il n'ont eel nom de Euesque ou Abbe, Rationi Nobilitatis, sed ratione officij ne ont siege en Parliament en respect de leur Dignitie, ains en respect de leur fundation Scilicet ils sont ils Barones ensemble a leurs dignitees.

Comes is isto quinti-am portionem eorum percipit quæ de Placitis Comitatus prouenium. Liber Niger Scaccarij.

Prouinciam, vulgo Comitatum dicimus.

rit, idem & Comes eiusdem diceretur, eadem semper succedendi antiquâ lege, & deficientibus masculis per fœminas consuetudine. Quod si quis *Comes*, *Baro*ue sine filijs, hæredes plures habuerit fœmineas, vtcunque de fundis et possessionibus secundum Regni leges municipales pactione aut partitione transigeretur: Dignitas per se individua, Regis arbitrio disponenda relinquebatur, Qui vt plurimum Primogenituram respexit.

Quo iure *Henricus* tertius, post mortem *Iohannis Scoti* sine sobole extincti, tribus eius sororibus alijs donatis ex pactione terris & redditibus, Comitatum *Cestriæ* cum dignitate, Coronæ vniuit. Hocipsum quoque in *Arundelico* Comitatu liquet, quem post exterminatum ab *Henrico* primo *Robertum* de *Bellismo* prætuli *Rogeri Montis-gomerici* filium, *Henricus* II. *Gulielmo* de *Albiniaco*, *Adelizæ* Reginæ matris marito contulit, & nouo *Diplomate* sibi et hæredibus suis in feudo et hereditate vna cum tertio denario placitorum *Sussexiæ* vicle *Comitem* dixit, confirmauit. Huius *Gulielmi* primi *Hugone* pronepote sine sobole mortuo, tota inter quatuor sorores partita est *Comitatus* hæreditas. Cuius tamen dignitas, cũ Castro *Arondelliæ*, *Ricardo* tandem *Fitz-Alano Iohannis* scilicet *Fitz-Alani* et *Isabellæ* sororum prædictarum secundogenitæ pronepoti, ab *Edwardo* Primo conceditur.

Ab *Henrico* III. ad *Edwardum* I. eius filium transeamus. Is cum male inter ipsum & Proceres quosdam aliquandiu conueniret, *Gilbertũ* scilicet de *Clare Herefordiæ* et *Glocestriæ Comitem*, *Humfredum* de *Bohan Herefordiæ* et *Sussexiæ*, *Comitestabularium Angliæ*, atque *Rogerum Bigot* Regni *Mareschallum* et *Norfolciæ Comites*, isque demum Comitatibus et officijs omnes exciderent eosdem postmodum (Regni reconciliati) nouis *Diplomatibus* in hunc modum receperunt. Primus sibi et *Iohannæ*

Sciatis nos fecisse Hugonem Bigot Comitem de Norff. scilicet de tertio denario de Norwico & de Norff. sicut aliquis Comes Anglię liberius Comitatum suum tenet. Charta Henr. II.

Nota Præscrip. 5 6. Fitzherb 3. H. 3. Nota quę en Nuper obijt pa. 2. Soeurs bers la tiers soeur, fut allege en Barr vn Custume et fut tiel.

Quod si aliquis Baro Domini Regis tenens de Rege obijsset et non haberet hæred. nisi filias & primogenitæ maritatæ sunt in vita patris: Dominus Rex daret postnatam filiã quæ remaneret in hereditate patris alicui militum suorum cum tota hereditate patris sui de quo obijsses seisitus, ita quod aliæ filiæ nihil recuperent, versus postnatam filiam in vita sua. Et omnes reges habuerunt hanc Dignitatẽ à Conquestu.

Est Arondellia vicus *& Castrũ in* Sussexię *Prouincia extructum.*

annæ hæc (ab *Accon* dicta) *Gilberto* marito peperit *Gilbertum* filium; Sed *Radulpho* cuidam de *Monte-Hermerij* secundis nuptijs (inscio patre rege) clandestinè copulata; *Radulphum* quoàd ipsa vixit, *Comitem* item suo iure effecit. Quâ tandem mortuâ, *Gilbertus* ex *Gilberto* prædicto filius, viuo vitrico *Radulpho*, Comitatibus denuò successit. Eodem planè modo *Comitatus* et Constabulariatus officium *Humfredo* præfato *De Bohun* restituit, cui etiam *Elizabetham* filiarum alteram, *Iohannis Hollandiæ Comitis* viduam in connubio dedit. Tertio *Comitatum Norfolciæ* et *Mariscalli* officium cum mille Marcarum annuo incremento reddidit, eâ nempe lege vt deficientibus hæredibus de corpore suo procreandis, ad Regem reuerterentur vtraque. Obijt tandem *Rogerus* iste sine liberis, XXXV. eiusdem *Edwardi* primi Regni scilicet illius vltimo, Et *Edw.* filius eius Rex, huius nominis secundus, *Thomæ de Brotherton* fratri et hæredibus suis masculis nouâ et creatione, et Diplomate Comitatum et Mariscallatum contulit.

Ista sic proposuimus vt per Principum varia ingenia et temporis vicissitudines quomodò sensim in Dignitatibus primùm conferendis variatum, sit demonstremus. Cuius rei postmodùm haud minimi ponderis fuisse videtur et momenti lex illa noua & antiquis incognita abipso *Edwardo* Primo rege lata, quâ priuatis quibusdam familiarum suarum nominis gentilitij potius quam posteritatis studiosis indulgendo, feuda virilia tantummodò reddere visum fuit, et sancitum. Legem inquam illam quàm Latinè gentilitium municipale dixerim, vulgò *Ius Talliatum & Talliabile* Iuristæ nuncupant. Quod successiones priùs generales abscindat, & ad particulares familiarum hæredes restringat, quæ etiam in dignitatibus donandis immutandi ansam videtur præbuisse. Nam ab illo tempore, in nouo quoquam Comite creando

Taillet Normanice Scindere Latine.

creando diſertis verbis aut ad vitam tantùm vel ad maſculos duntaxat hæredes (excluſis fœminis) omninò in Diplomatibus cæptum eſt caueri. Hoc vtique exemplis comprobare neceſſe non eſt. Res enim ipſa fidem facit. Sed vim legis iſtius talliatæ et efficaciam paucis ſic libet demonſtrare.

Terræ et feuda Comitatus *Oxonienſis* (*Roberto* Comite *Oxoniæ* eodemque *Hiberniæ* Duce læſæ Maieſtatis damnato) lege illâ, ad *Albericum* de *Vere*, *Roberti* Auunculum deuenêrunt, qui et titulum à Rege idcircò in Parlamento petijt & obtinuit. Hoc ipſum in *Arondelliæ* & *Surreyæ* Comitatuum, familia *Fitz-Alanica*, conjunctorum exemplo liquidò conſtat. *Edmundus* namque *Fitz-Alanus Arundelliæ* Comes *Ricardi Comitis* ſororem & hæredem vnicam duxit ex eâque *Ricardum* bino coniugio fælicem genuit. *Ricardo* huic *Edmundi* filio, Caſtrum, honor, & Dominium *Arondelliæ*, et hæredibus ſuis maſculis ex *Aleonora Lancaſtria* (vxore ſecundâ) procreatis vel procreandis XXI. *Edw.* III. talliata fuêrunt. Poſt modum, (eodem ſcilicet anno) *Iohanne* fratrio Comite ſine prole mortuo, *Surreyæ* item Comitatus acceſſione auctus, *Arondelliæ* & *Surreyæ* Comes ſalutatur. Ex *Aleonorâ Ricardus Ricardum* ſuſcepit filiũ, *Arondelliæ* & *Surreyæ* demùm Comitem, et *Iohannem Fitz-Alanum* ſecundogenitum, vxorio iure *Maltrauerſiæ Baronem*. *Ricardus* hic *Thomam* filium vnicum ſine prole defunctum & quatuor filias cohæredes habuit; *Elizabetham* nempe, *Iohannam*, *Margaretam* & *Aliciam* quæ *Surreyæ Comitatum* inter ſe diuiſêrunt. Dignitas tamen *Iohanni Mowbraio Norfolciæ* Duci ex *Elizabetha* prognato conceditur. Qui & *Arondelliæ* Comitatum antiquâ ſuccedendi conſuetudine vendicauit. Cæterùm *Iohannes Maltrauerſiæ Baro*,, primi *Iohannis Fitz-Alani* & *Maltrauerſiæ* Baronis ex *Iohanne* filio nepos, huic

huic se opposuit & aduersabatur, Castri illius et Dominij *Arundellici* possessionem sibi asserens, quæ sibi *Legis tailliatæ* optimo iure obuenerant.

Mortuo namque *Thoma Comite* vltimo sine prole (vti dictum est) ad Sorores Castri Dominium nequaquam pertinere aijt, sed ad masculos hæredes & Consanguineos descendere; quorum ipse *Thomæ* proximior extiterat, cuius feudi quando possessionem lege teneret, Dignitatis titulum sibi aptiùs conuenire, quam in ipso Duce inanem et euanidũ delitescere contendit. Quod ipsum tametsi impetrare nequiuit, *Iohannes* filius militari laude cumulatissimus omnium applausu post mortem patris, decreto Parlamentario anno XI. *Henr.* VI. regis obtinuit: à quo etiam ob merita et vertutes egregias, Ducatu *Thuraniæ* in Gallijs anno sequenti donabatur. Et mortuo *Iohanne* isto Comite simul ac Duce, *Humfredus* filius, breui sine prole extinctus (non obstante sorore) *Arundelliæ Comitatum Gulielmo* Auunculo *tailliatum* reliquit, in quo postea tantas egit radices, vt masculinâ serie, Comites ad nostram vsque ætatem celeberrimos produxisse viderimus.

Quod de Comitibus diximus, hoc ipsum de Baronibus per Diplomata creatis dictum esto. At in rescriptis summonitorijs antiquissimâ adhuc consuetudine nitentibus, non item.

In illis namque (vnico tantumodo excepto *Henrico Bromflet* emisso quo cautum fuit *Henricum* ipsum et hæredes masculos de corpore suo legitimè procreatos *Barones de Vescy* tantùm fore) fœminæ, deficientibus masculis, neutiquam olim prohibitæ erant quo minùs dignitatis eminentiâ et appellatione Baronicâ honorificæ haberentur & nominatim appellarentur. Et post susceptam prolem, pro legum nostrarum antiquâ indulgentiâ et regni reuerendâ consuetudine maritos suos etiam eodem

dem honore illustrarent, liberosque hæreditariò bearent, etiam sine locorum possessione vnde dignitatum nomina primò videantur oriunda. Feuda namque & possessiones locales legibus circumscripta, ab vnâ ad aliam familiam deferuntur, Dominosque suos possessorios ditare solent; Nobilitatem verò vel *Datiuam* vel *Natiuam*, per se nec afferunt nec auferunt. Hæc exemplis illustrare superuacaneum foret, adstant enimverò mihi et suffragantur antiquissimi Baronatus omnes, et antiquioris notæ hodierni Barones. Quod si quis horum studiosus in heterogenea quædam forsàn occurens cõtrà curiosius disseruerit, huic ego vim temporis aut incuriam opponerem; Constant autem sibi consuetudines; nec Regum authoritati est detrahendũ, qui, quantumuis prærogatiuam habeant adeò indeterminatam, vt quædam aliquando præter leges indulsisse videantur; quicquam tamen contra consuetudines gentilicias fecisse aut fieri passos non cõstabit * rogatos. Sic Cæremonias quandoque et ipsa Diplomata nil morantes, solis nutibus (vt ita dicam) Dignitates transferri passi sunt. Vt in *Ranulpho Blundeuill*, *Cestriæ* & *Lincolniæ* Comite videre est. *Cestriæ* namque Comitatum *Iohanni Scoto* ex *Matilda* sororum primogenitâ Nepoti pro more descendere permisit. *Lincolniæ* autem (annuente Rege) *Hawisiæ* sororum alteri *Roberto Quincy* iam nuptæ, his verbis per chartã suam XVII. *Henrici* III. viuus tradidit.

Rogatos inquam. Nã quũ Dormientibus nõ teneatur vigilare Lex, sic volentibus non dicuntur fieri iniuriæ. Et si quicquam legibus vetitum, necessitate quadam fieri videamus, non debent ista in argumenta trahi.

Ranulphus *Comes* Cestriæ *et* Lincolniæ *cunctis præsentibus & futuris præsentem hanc Chartam inspecturis salutem. Ad vniuersitatis vestræ notitiam volo peruenire, me dedisse & concessisse & hac præsenti charta mea con-*

confirmasse, Dominæ Hawisiæ *de* Quincy *Sorori meæ charissimæ Comitatum* Lincolniæ, *scilicet quantum ad me pertinuit vt inde Comitissa existat.* HABENDVM *& tenendum de Domino meo Rege* Angliæ *& hæredibus suis eidem* Hawisiæ *& hæredibus suis, liberè, quietè, plenè, & pacificè & integrè iure hæreditario cum omnibus pertinentijs & cum omnibus libertatibus ad prædictum Comitatum pertinentibus. Et vt præsens scriptum perpetuitatis robur obtineat: illud Sigilli mei appositione roborare dignum duxi. Hijs testibus, &c.*

Hawisia chartâ hâc fraternâ in hunc modum donata, Comitissa protinùs *Lincolniæ* fuit. Quæ & eundé ipso facto *Iohanni Lucy* genero suo viua contulit. Sic item *Hugonem* de *Courtney* eius familiæ atque nominis primum tempore *Edwardi* III. præterijsse non oportuit. Is enim quùm per annos quamplurimos à morte *Isabellæ* de *Fortibus* (cuius ex asse hæres extitit) terras & feuda *Deuoniensis* Comitatus quietè possederat, sine Comitis vel appellatione vel Comitatus inuestiturâ, et tandem inter ipsum et Regios *Fisci* ministros de tertio denario redhibendo malè conueniret, quòd stylo Comitis nondùm vteretur, nec eius inuestituram obtinuerat; Scriptis ad Regem tùm *Scotica* bello implicatum literis supplicatorijs, responsum tulit, vt nomen Comitis & Dignitatem sibi assumendo, seipsum Comitem *Deuoniæ* nominari atque in posterum appellari faceret, in hæc verba.

Rex

Rex dilectoet fideli suo *Hugoni* de *Courtney* seniori, &c. salutem. Cum vos per petitionem vestram nobis porrectam coram nobis & Consilio nostro diù fueritis prosecuti pro redhibendis decem & octo libris sex solidis et octo denarijs de annuo feudo Comitatus *Deuoniæ*, quod *Isabella* de *Fortibus* dudùm Comitissa *Deuoniæ* cuius hęres estis et antecessores ipsius *Comitissæ* & vestri, Comites *Deuoniæ* per manus Vicecomitũ Comitatus illius qui pro tempore fuêrunt annuatim percepêrunt. Vosque similitèr post mortem præfatæ Comitissæ tanquam hæres eiusdem pro aliquo tempore percepistis; Et quià vobis pro eo quod vos *Comitem*, nullatenùs nominastis detenti extitêrunt, sicut per certificationem *Thesaurarij* & *Baronum* de *Scaccario* nostro in *Cancellariam* nostram ad mandatum nostrum plenius est compertum: Nos pro eo quòd hæreditas quæ fuit præfatæ Comitissæ & antecessorum suorum & vestrorum Comitum *Deuoniæ* ad vos iurè descendit hæreditario, & hæreditatem illam teneris in præsenti: volentes tàm nostræ dignitati & equitati Regni nostri quàm vestro honori

prospicere in hac parte volumus & vobis mandamus, rogando quatenùs Nomen & honorem Comitis assumentes vos Comitem *Deuoniæ* faciatis de cætero nominari. Scientes quòd vobis dictum feudum annuatim solui faciamus proüt antecessoribus Comitibus *Deuoniæ* solui consueuit. Teste Rege apud *Nouum Castrum* super *Tynam* XXII. *Februarij* Regni nostri Nono.

Postremò hoc ipsum non ita pridem in *Philippo Howardo* confirmatum vidimus. Ipse enim antiquissimo *Arondeliæ* Comitatus iure *Arondeliæ* titulum sibi sumpsit, Reginâ tantum annuente & approbante, nullâ adhibitâ vel iterati Diplomatis vel creationis formâ.

Hùc etiam accedere videtur, quòd antiquitùs pro locorum varietate vbi habitationum sedes vt plurimũ elegerint, diuersis Dignitatum titulis, antiquissimi nostri Comites appellari cõsueuerint. *Reginaldus* enim, qui *Cornubiæ* Comes fuit, ob assiduam *Bristolliæ* commorationem, *Bristolliæ* Comes nonnunquam dicebatur. *Robertus* de *Ferrarijs* iunior Comes de *Ferrarijs* in *Normannia* et *Derbiæ* in *Anglia*, semet quandoque Comitem de *Tutbury* scripsit, Castro scilicet ad *Staffordiæ* limites à progenitoribus suis extructo. *Balduinus* & *Ricardus* de *Riparijs* quandoque *Exoniæ* Comites, & vicissim *Vectis* insulæ Domini ob diutinas in ijsdem habitationes appellati: cum interea *Deuoniæ* Comites extiterint vtrique. *Gulielmus* etiam de *Albiniaco Arundelliæ* & *Sussexiæ* Comes, eius nominis primus, literis Conuentitijs inter *Stephanum* & *Henricum* II. reges, testem se adhibuit nomine

Gilbertus Vmfreuile *Comes* Angusię *in* Scotia *ductâ hærede Baroniæ de* Kyme *in Com.* Lincolnię, *et ibidem pluries habitans appellabatur passim Comes de* Kyme.

regnine *Guielmi* Comitis *Cicestriæ* quod ibidem sæpius commoraretur. Adde etiam si libet *Penbrochiæ* Comitem *Strigulæ* etiam Comitem nominatum fuisse à *Strigulia* castro, à *Guilelmo Fitz-Osborne Herefordiensi* Comite, exstructo, & *Penbrochiorum* Comitum sede.

Plæt inquam olim et antiquitus sed hodiè non item. Ea quidem est temporis vis etiã rerum formis commutandis vicissitudo, vt veteres exedendo inducat nouas. Sic Comitibus, quos olim tertio denario Prouinciæ ad dignitatem sustentandam donatos diximus; hodie ex fisco Regio pecuniæ quotannis adnumeratur summa, et titulis locorum gaudent vbi nihil habeant vel iurisdictionis, ad administrationis, aut emolumenti. Barones item qui vti olim apud *Romanos*, Patres conscripti, & Senatores, per sestertia electi; sic per feuda militum æstimari solebant (qui enim feuda militaria XIII. & paulo amplius possederat, inter Barones ascribendus erat.) Nunc ex virtute, rerumque affluentia et possessionum fœlicitate rariùs eliguntur. Nec obstat quo minùs Baronatus nomen quis retineat cuius Baroniæ caput (vt inquiunt) postea vendiderit, aut plebeio alienauerit. Summa, sibi constans semperque eadem est regia nostra Maiestas quæ habitâ virtutis, Generis cuiusuis, aut Census ratione (quibus Reipub. aut consilio obsequi vel prodesse poterit) Dignitates vbiuis liberè largitur et moderatur, plures quandoq; ex vnâ eâdemque familiâ Barones eligendo, (illæsâ semper prioris et antiquioris succedendi consuetudine) vt in familiâ *VVillobeya Edwardus* VI. prudenter fecisse videmus, quę præter antiquissimum *VVillobeyorum* de *Eresby* Baronatum, alteram etiam de *Parham* produxit, ne plura cõmemorem breuitatis studio. Reges itaque nostros omnis Nobilitatis politicæ *Fontes* agnoscimus, quibus & omnes Dignitatum gradus acceptos referimus. Qua-

Comes Sussexię *hodie rnus per manus Vicecomitis* Cantij *X X. li. annuatim nomine creationis pecuniæ percipit in* Cantio.

Magna Charta.

Quinque Hydę *terræ constituunt feudum militare cuius regi releuium est 5 00. solidi.*

Quatuor Virgatę *faciunt vnam* Hydam.

Virgata continet 24. Acras *terræ.*